15 uocato suo et eiusdem eclesie | ceperunt dicere: habemus et tenemus ad proprietatem ad partem de suprascripta eclesia et monasterio Sancte Marie integram una sorte et res | que est posita in loco qui uocatur Mandrie, sicut recta est per Iohannem presbiterum et Atitio et Benedicto et Rainberto [g] et per eorum consortes, una cum |
20 terris, uineis, sortis et donnicatis et massaratiis [h] et uniuersisque rebus ad ipsa sorte sunt pertinentes, et sunt infra terituria [i] plebium Sancte Marie | sita Ciliciaulo et Sancti Petri in Mercato; [k] si est ullus homo qui aduersum nos ad partem suprascripte eclesie et monasterii aliquid exinde agere aut causare uel | intentionem mit-
25 tere uult, parati sumus cum eo in ratione standum et per legem finiendum, et, quod plus est, querimus [l] | uestri mercede, ut uos faciatis pro Dei timore et animе domni regis et uestre remedium, ut mittatis bannum | super nos et super prenominatam sortem et res, ut supra legitur, ad partem suprascripte eclesie et monasterii. [m] |

(a) -rius *su rasura.* (b) filio b(one) m(emorie) *su rasura.* (c) Actii *su rasura.* (d) -io *su correzione di* ii *(*filii*)* (e) *La* n *su rasura.* (f) *La* i *corretta su* e (g) *Il passo* presbiterum et Atitio et Benedicto et Rainberto *è stato aggiunto dopo nello spazio lasciato in bianco.* (h) *Così A* (i) *La seconda* i *corretta su* o (k) *Il passo* et sunt - Mercato *fu scritto dopo:* et sunt infra terituria *è su rasura;* plebium Sancte Marie *fu scritto molto stretto occupando anche il margine e così di* sita Ciliciaulo et Sancti Petri *le lettere sono molto avvicinate e si scrisse anche nel margine per far rientrare tutta l'aggiunta;* in Mercato *è nell' interlineo.* (l) quod plus est querimus *su rasura.* (m) *In questo interlineo vi è rasura di tutto un rigo di scritto; il passo raso comincia dopo* finien-

Et tunc ipsa Beatrix ductrix per consolationem suprascriptorum iudicum, per fustem quem sua detinebat manu, [a] misit bannum domni | regis super predictum abbatem et aduocatum eius et super iam dictam sortem et res, qualiter supra leguntur, | ad partem iam dicte eclesie et monasterii Sancte Marie in mancuseos aureos duo milia, ut nullus [b] 5 quislibet homo | magna paruaque [c] persona iam dictum abbatem et aduocatum eius uel eorum successores ad partem prenominati monasterii de | prenominata sorte et res, sicut superius legitur, audead eos deuestire sine legali iudicio. Qui hoc uero | fecerit, predictos [d] duo milia mancuseos aureos compositurum se cognoscant, medietatem 10 parti camere | domni regis et medietatem suprascripto abbati et aduocato eius ad partem suprascripti [e] monasterii uel ad eius successores. In eo | modo finita est causa. Unde hec notitia pro securitate predicti monasterii et de suis rectoribus et fuctura | ostensione fieri ammonuerunt. [f] Quidem et ego Iohannes not(arius) ex ius- 15 sione predicte Beatricis ductricis seo et iudicum | ammonitione scripsi, anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi sexagesimo primo post mille, kalend(a)s | decembris, indictione quinta decima.

✝ [g]

(C) Rotecherius iudex interfui. 20

(C) Hugo iudex domni imperatoris interfui et subscripsi.

(C) Petrus iudex sacri palazii interfui et subscripsi.

59.

Carta di vendita.

1062 maggio 16, Greve.

Giovanni figlio del fu Adamo, detto Benzo, vende a Donato figlio del fu Giovanni i suoi possessi in Firenze, a Greve, a Bagnolo dell'Impruneta e a Radda, per il prezzo di una nusca d'oro di venti libbre.

Originale [A].

Cf. Davidsohn, *Gesch. von Flor.*, I, 762 nota 5 (I, par. 2ª, 1178, nota 1).

---

dum et*; il notaio, trasportando il rigo, evitò di scrivere su rasura.* (a) *Sopra la* u *segno di abbr. espunto.* (b) *Segno di abbr. sopra la seconda* u *(correzione di* nullum*)* (c) *La prima* u *corretta su* q (d) p̄redictos (e) *L'ultima* i *corretta su* e (f) *La* o *corretta su* u (g) *Ampia croce; dev'essere autografa della marchesa Beatrice.*

Il secondo gruppo dei testi e la sottoscrizione notarile sono in inchiostro diverso da quello usato dallo stesso notaio per le altre parti della carta.

(C) Im n(omine) domini Dei eterni.. Anno ab incarnatiione eius sexuage|simo secundo post mille, septima decima kalend(a)s | iunii, indictiione quinta decima; feliciter. Manifestus sum | ego Iohannes filio b(one) m(emorie) Adami, qui et Bentio fuit uoca|tus, quia per
5 hanc cartula uindo et trado tibi Dona|tus filio b(one) m(emorie) Iohanni, id sunt integris curtis, casis, cassci|nis, terris, uineis, sortis et domnicatis et[(a)] omnibus rebus | illis iuris meis quem[(b)] ego abere et tenere et possidere uisu | sum infra comitato et territurio Florentino et Fesola|no et mihi per quouis ingenium uel scriptiione sunt
10 pertenen|tes tam de mea hereditate quam et de meo conquisitum, et sunt | positis casis, terris et curtis et rebus illis meis infra ci|uitate Floremtiia, seo et de foris ipsa ciuitate curte | et eclesia cum sua pertenentiias in loco ubi dicitur Greue, | siue curticella et res mea in loco ubi dicitur Bangnolo cum sua | pertenentiias, atque curte
15 et res mea in loco ubi dicitur Rac|da[(c)] uel per alie locas et uocabula. Ideo iam dicte curtis, terris | et rebus illis una cum casis, etdeficiis seo solamentis, curtis, or|tas, terris, uineis, canpis, pratis, passcui,[(b)] siluis, salectis, cultis | rebus uel incultis, diuisum et indiuisum, mobilibus et inmobilibus | omnia et in o(m)nibus ubicumque
20 de omnibus curtis, casis, terris et rebus | meis pertenentes esse inuenitur, in integrum eas tibi q(ui) s(upra) Donato | uindo et trado ad possidemdum. Pretiium uero pro ipsa uindictiio mea | recepi ego q(ui) s(upra) Iohannes uinditor ad te Donato emtor, sicut ma|nifestus[(d)] sum et inter nobis conuinet, nusca de auro una pro ualem|te
25 libras uiginti finito pretiio tantum, et subpletus sum, unde | ex eodem pretiio anplius nulla exinde retdere, dare debere dixi. | Et, quod fieri non credo, si forsitans ego q(ui) s(upra) Iohannes uinditor uel | meis heredibus aut submissa persona, qui nos miserimus uel qui | cum qualibet nostro facto ueniad per qualibet ingenium, cui nos eas |
30 dedissemus aut dederimus, qui tibi predicto Donato uel ad tuis | heredibus, aut cui ad uos ipsa uindictiio mea data aut tradita | uel iudicata fuerit, in aliqui exinde uobis contemdere aut retolle|re uel mi-

(a) et *su rasura.* (b) *Così A* (c) Rac- *su rasura.* (d) -ni- *pare corretto da* in

nuare aut intemtiionare presumserimus, aut si eas uobis ab on|nem omine massculum et femina defendere non potuerimus et eas | uobis non defensauerimus, tunc duppla tanta et tale iam dicta uindic|tiio mea, quale tunc ipsa fuerit, sub estimatiione, ibique aut in consi|milis locis una cum omnibus suorum etdeficiis de nostris propriis 5 rebus proprietario | iure uobis restituere et persoluere debeamus; et si uobis oportum fuerit, | et uos uolueritis, licemtiia et potestatem abeatis una cum ista car|tula causa exinde agemdum, fine pone(n)dum, ressponsum retdemdum | et usque[(a)] ad ueram lege perducendum quam melius potueritis, sicut ego facere de|buit. Actum in loco 10 ubi dicitur Greue, iudicaria Florentina; feliciter.

Singnum ✝ manum predicti Iohanni, qui hanc cartula, sicut super legitur, fieri rogauit.

Singna[(b)] ✝ ✝ manibus Ugoni filio b(one) m(emorie) Uberti da Mossciano | et Martini filio Floremtii rogati testes. 15

✝ Ego Iohannes rogatus testi subscripsi.

(C) Ego Petrus not(arius) scriptor post tradita conpleui.

60.

Carta di livello.

1065 gennaio 15, Capannoli.

Il vescovo Pietro di Firenze dà a livello la chiesa di S. Procolo in Firenze coi possessi all'abate della chiesa e del monastero di Badia, per la pensione annua di dodici denari d'argento.

Copia membr. del principio del sec. XIII, eseguita da « Guilielmus iudex et notarius » e autenticata da « Ildebrandinus Henrici imperatoris iudex ordinarius », da « Renucinus Henrici inperatoris ordinarius iudex », da « Diomidiede iudex et notarius » e da « Astoldus nepos Ioki domni Octonis Romanorum quarti imperatoris ordinarius iudex ». [B].

Edd. Puccinelli, *Cronica*, 288, n. LXXVIII da copia di B, eseguita probabilmente dall'abate C. Gaetani = Lami, *Monumenta*, II, 987. Cappelletti, *Le chiese d'Italia*, XVI, 496 dal Lami. Cf. Puccinelli, *Vita del beato Teuzzone*, p. 20. Ughelli, *Italia sacra*, III (2ª ed.), col. 74. Mabillon, *Ann. ord. s. Bened.*, IV

(a) usq (b) *La* a *corretta da* ū *(*singnum*)*.

(2ª ed.), 387. RICHA, *Notizie istor. delle chiese Fior.*, I, 233. UCCELLI, *Della badia Fior.*, pp. 22, 23. DAVIDSOHN, *Gesch. von Flor.*, I, 228 (I, par. 1ª, 341); *Forschungen*, I, 47. COCCHI, *Le chiese di Fir.*, I, 129, 130 estr.

Si confronti la carta seguente. È usato il computo fiorentino.

(C) In (no)m(ine) domini Dei eterni. Anno ab incarnatione eius sexagesimo quarto post mille, octaua decima kalend. februarii, indictione tertia; feliciter. Et ideo ego Petrus episcopus sancte Florentine ecclesie, quia per nostra conuenientia et quia dare adque
5 abendum et ecclesia illa reconciandum et presbitero uestro ibidem mittendum, oficium Dei, missa et orationem, incensum et luminaria ibidem facere fare debeatis et terris et rebus tenendum, laborandum et laborare faciendum et fruendum seo et meliorandum dare preuidi tibi Petrus abbas de ecclesia et monasterio Sancte Marie[a] de
10 ipsa[b] ciuitate Florentia, id est integris ecclesia, casis, terris et uineis qui sunt positis prope iam dicta[c] ciuitate Florentia et non logni de porta Sancti Petri qui dicitur Maiore et prope ipsa[d] ecclesia et monasterio Sancte Marie. Tamen decernimus ipsa ecclesia, qui uocatus[e] Sancto Proculo, et casis et cascinis et terris et rebus ibi-
15 dem pertinentes, qui de una parte est fini terra de suprascripto episcopio et Baroni de Sancto Martino et Ioculi,[f] inter medio[g] fossa, de alia parte est fini terra de filii Iohanni Grassi et de prefato monasterio Sancte Marie, inter medio muro decerni, de tertia parte est fini terra et uinea Sancti Appolenari, inter medio fossa decerni,
20 de quarta parte est fini carbonaria[h] de ciuitate Florentia. Ideo predicta ecclesia, terris et rebus et casis et cascinis una cum omnibus[i] etdeficiis suorum super se et infra se abentibus in integrum eas tibi q(ui) s(upra) Petrus abbas et tuis subcessores dare et firmare preuidi, et michi q(ui) s(upra) Petrus episcopus et meis sub-
25 cessores tu Petrus abbas et tuis subcessores dare nobis debeatis pensionem pro ipsa ecclesia et casis et cascinis, terris et rebus per omne anno, in festiuitate sancti Iohanni, que est de mense iunio, ad curte et episcopio[k] sancti Iohannes in suprascripta ciuitate Florentia nobis aut misso nostro per uos aut misso uestro, argentum denarii

(a) Sancte Marie *nell'interlineo*. (b) ipsa *nell'interlineo*. (c) dicta *nell'interlineo*. (d) ipsa ipsa (e) *Così B* (f) et Ioculi *nell'interlineo*. (g) inter med- *su rasura*. (h) ca- *su rasura*. (i) omibus *senza segno di abbr*. (k) epso

duodeci[a] boni et spendiuili, et non amplius. Et si uos adimplentes, et si ego q(ui) s(upra) Petrus episcopus uel meis subcessores tibi Petrus abbas uel a tuis subcessores de suprascripta ecclesia et casis et cascinis et terris et rebus tam de mouile quam et inmouile minuare uel retollere aut amplius quam super legitur uobis superin- 5 ponere presumserimus, tunc conponituri et daturi[b] uobis esse debeamus pena numerum de bonus argentum libras uiginti. Quidem et ego Petrus abbas manifesti[a] sum, quia omnia ut super legitur, sic inter nobis conuinet; et si distullero ego uel meis subcessores dare et adimplere per omne anno tibi Petrus episcopus uel a tuis 10 subcessores ipsa pensionem, sicut super legitur, si uos recipere uolueritis, aut si ipsa ecclesia et casis et terris et rebus dimittere presumserimus, uel si per nos peiorati aut suptracti aparuerit, tunc ipsa pena libras uiginti parti uestre conponere debeamus. Et hunc libello inter nos fieri rogauimus. Actum prope castello qui dicitur 15 Capannule, iudicaria Florentina; feliciter.

† Ego Petrus sanctę Florentinę sedis humilis episcopus a me facto subscripsi.

† Ego Petrus abbas a me facto subscripsi.

† Ego Obertus abbas subscripsi. 20

† Ego Bernardus archidiaconus consensi, subscripsi.

† Ego Theodaldus cantor consensi et subscripsi.

† Ego Petrus, legem uiuente Romana, rogatus teste subscripsi.

Signo † manum Richardi filio b(one) m(emorie) Acti, legem uiuente Romana, rogatus testes. 25

† Ego Martino, lege Romana, rogatus teste subscripsi.

Signo † † † manuum Bernardi filio b(one) m(emorie) Teuderichi et Soauitio filio b(one) m(emorie) Teuderichi, qui Pagano fuit uocatus, et Matio de loco Campi rogati testes.

(C) Ego Rodulfus not(arius) scriptor post tradito compleui. 30

(a) *Così B* (b) et daturi *nell' interlineo.*

61.

Carta di livello.

1065 gennaio 18, Firenze.

Gerardo figlio del fu Pietro e Pietro figlio del fu Giovanni, zio e nipote, e Davizo e Guido figli del fu Giovanni danno a livello all'abate della chiesa e del monastero di Badia la chiesa di S. Procolo in Firenze coi possessi. Pensione annua, ventiquattro denari d'argento.

Originale [A].

Edd. Puccinelli, *Cronica*, p. 286, n. lxxvii da copia nella « Bibliot. Aniciana », probabilmente ricavata da A dall'abate C. Gaetani = Lami, *Monumenta*, II, 986. Cf. Uccelli, *Della badia Fior.*, p. 22. Davidsohn, *Gesch. von Flor.* I, 807 nota 3 (I, par. 2ª, 1253, nota 3); *Forschungen*, I, 38. Cocchi, *Le chiese di Fir.*, I, 130.

In calce della pergamena, sul diritto, di mano del notaio scrittore della carta: « T(es)t(es): Ugo et Teutio germani fil(ii) Teuti, Pepo, Martinus (1) fil(io) « Richardi. Pena, libr. .xx. de argento. | Isto libello fecit Dauitio et Uuido germani « fil(ii) Iohanni, Gerard(o) fil(io) Petri, Petru fil(io) Iohanni | in abb(atem) ».

Si confronti la carta precedente. È usato il computo fiorentino.

(C) In (no)m(ine) domini Dei eterni. Anno ab incarnatione eius sexa|gesimo quarto post mille, quinta decima kalend. februarii, | ind(icti)one tertia; feliciter. Manifesti sumus nos Gherardo filio b(one) m(emorie) Petrini | et Petrus filio b(one) m(emorie) Iohannes, 5 barbono (a) et nepote, et Dauitio et Uuido | germani filii b(one) m(emorie) Iohannes, quia per nostra conuenientia et quia dare adque aben|dum et ecclesia ipsa reconciandum et presbitero uestro ibidem mittendum | et officium Dei, missa et orationem, incensum et luminaria ibi|dem faciendum et terris et rebus tenendum, laboran- 10 dum et la|borare faciendum et fruendum seo et meliorandum dare pre|uidimus nos tibi Petrus abb(as) de ecclesia et monasterio | Sancte Marie de ciuitate Florentia, id est integris ecclesia | que est edificata in onore sancti Proculi et casis, teris (a) et rebus | ibidem per-

(a) *Così A*

(1) È abbreviato « mrn' », donde si lesse erroneamente « Pepo magister », cf. Davidsohn, *Gesch. von Flor.* I, 807 nota 3.

tinentes, qui sunt positis prope ipsa ciuitate Florentia | et non logni de iam dicto monasterio et de porta Sancti Petri | qui dicitur Maiore. Tamen decernimus ipsa ecclesia et terris et rebus | ibidem pertinentes, qui de una parte est fini terra et case | Sancti Iohanni et Baroni de Sancto Martino et Ioculi, inter medio | fossa, de alia 5 parte est fini terra de filii Iohanni Grassi et de prefato | monasterio Sancte Marie, inter medio muro decerni, de ter|tia parte est fini terra et uinea Sancti Appolenari, inter medio | fossa et muro decerni, de quarta parte est fini carbonaria | de prenominata ciuitate Florentia. Ideo predicta ecclesia et | casis et cascinis et terris et 10 rebus una cum omnibus etdeficiis suorum | super se et infra se abentibus in integrum eas tibi q(ui) s(upra) Petrus abb(as) | et tuis[(a)] subcessores dare et firmare preuidimus, et nobis suprascriptorum bar|bano et nepote et germani et nostris heredibus tu Petrus abbas et tuis subces|sores dare nobis debeatis pensionem pro ipsa ecclesia, 15 terris et rebus et casis | per omne anno, in epdommada de[(b)] festiuitate sancti Iohanni, que est de mense iunio, | ad curte nostra in suprascripta ciuitate Florentia nobis aut misso nostro per uos | aut misso uestro, argentum denarii uiginti et quattuor boni et spen|diuili, et non amplius; et onore que canonaci[(c)] de canonica San- 20 cti Iohanni | de prenominata ciuitate Florentia annoaliter abuerit, da modo | in amtea similiter abere debeant sicut uso est, et non amplius. Et si uos | adimplentes, et si nos[(d)] suprascriptorum barbano et nepote et germani uel nostris heredibus | aut submissa persona, qui nos miserimus uel qui cum qualibet nostro facto ueniad | per 25 quolibet ingenium aut per quolibet factum, quem nos exinde factum abeamus | aut in antea faciamus, qui tibi Petrus abb(as) uel a tuis subcessores de suprascripta | ecclesia et casis et cascinis, terris et rebus tam de mouile quam et inmouile | minuare uel retollere aut amplius quam super legitur uobis superinponere presumse|rimus, et 30 si ex aliam partem a prenominato abb(as) uel a suis subcessores de suprascripta | ecclesia et casis et rebus intentionem euenerit, et nos uel nostris heredibus non defensa|uerimus ueraciter libellario nomine, uel si istum libellum nos uel nostris heredibus | inrumpere uel falsare

(a) tuis *su rasura.* (b) In epdommada de *su rasura.* (c) *Così A* (d) *Tra* si *e* nos *rasura di* et

uoluerimus,(a) et omnia que super legitur non opseruauerimus et non | adimpleuerimus, tunc(b) componituri et daturi nos suprascriptorum barbano et nepote | et germani uel nostris heredibus esse debeamus tibi Petrus abb(as) uel a tuis subcessores | pena numerum de bonus
5 argentum libras(c) uiginti. Quidem et ego | Petrus abbas manifestus sum, quia omnia ut super legitur, sic inter nobis conuinet; et si dis|tullero ego uel meis subcessores dare et adimplere per omne anno uobis suprascriptorum bar|bano et nepote et germani uel a uestris heredibus ipsa pensionem, sicut super legitur, aut si ipsa |
10 ecclesia et casis, terris et rebus dimictere presumserimus, uel si per nos peiorati aut sup|tracti aparuerit, tunc ipsa pena libras uiginti parti uestre componere debe|amus. Unde duo libelli scripti sunt. Actum Florentia; feliciter.

Signo † † † † manuum suprascriptorum barbano et nepote et
15 germani, qui | hunc libello, sicut super legitur, fieri rogauerunt.

† Ego Petrus abbas a me facto subscripsi.

Signo † † † manuum Ugi et Teuti germani filii item Teuti et Iohannes de Terentiano rogati testes.

† Ego Petrus rogatus testi subscripsi.

20 (C) Ego Rodulfus not(arius) scriptor post tradito compleui.

62.

Carta di livello.

1066 ottobre, Strumi.

Pietro abate del monastero di S. Maria in Firenze dà a livello al conte Guido la villa Cetica, nello stesso giorno da lui refutata al monastero. Censo annuo, trenta soldi di denari lucchesi.

Originale [A]

Cf. Davidsohn, *Gesch. von Flor.*, I, 762, nota 2 (I, par. 2ª, 1177, nota 2).

Sul verso della pergamena, di mano del sec. xi: «Libellum de Cetica, quem «fecimus Guidoni comiti».

(a) *La* o *su rasura.* (b) tu *corretto da* ut *e* nc *nell'interlineo.* (c) bonus argentum libr- *su rasura.*

(C) In Dei nomine. Anno dominicę incarnationis mille|simo sexagesimo[a] sexto regnante Henrico rege, mense | octub(er), indictione quinta. Cum iustum sit ut quisquis | ad aeternam cupit ascendere patriam, quamdiu ualet, ea quę | Dei sunt semper adimplere studeat ęquo animo, et Uuido | comes filius b(one) m(emorie) item Uuidonis hoc pertractans,[b] uillam quę | Cetica dicitur cum suis adiacentiis et pertinentiis, unde ęcclesia et monasterium | Beatę Uirginis Marię positum in ciuitate Florentia per longum | tempus uim passa est tam ab ipso quamque a suis parentibus, | nunc autem pro Dei timore, nullo cogente, sed sponte et pro remedio animę | suę, predictam uillam refutauit in manus Petri uenerabilis abbatis iam|dicti monasterii una cum Hermellina inclita comitissa et coniunx | predicti Uuidonis, eo consentiente, sub pena centum librarum argenti; | atque dedit exinde ipse comes prefato abbati aurum gemmas et argentum | per libras triginta denariorum Lucensium; et finem ab eo suscepit ex omnibus causis | et calumniis seu actionibus, que usque in presentem diem[c] pertinebant eidem monasterio aduersus | predictum comitem et suos homines ex predicta causa quocumque modo, sub predicta | pena, scilicet centum librarum argenti. Et ideo ego prefatus[d] Petrus abbas iam |dicti monasterii locationis titulo, id est[e] libellario nomine, dedi atque tradidi tibi | predicto Uuidoni comiti in integrum[f] predictam uillam nomine Ceticam cum omnibus adia|centiis et pertinentiis suis et cum omnibus emolumentis siue emponaematibus suis | secundum quod uos michi odie eam refutastis, quatinus ab hac die in antea eam habeas, | teneas et fruaris et facias exinde secundum legem quicquid uolueris, tam tu predictus Uuido | comes quamque et filii aut nepotes seu heredes uestri, absque omni mea aut[g] successorum meorum contra|dictione seu repetitione. Ea tamen ratione, ut tu aut hii qui pro tempore ex te descensi | fuerint, uidelicet filii et nepotes seu heredes uestri, ab hac ora in antea per unumquemque[h] annum | detis et persoluatis exinde censum per uos aut per uestros missos ad partem ipsius monasterii et in ciui|tate Florentia solidos triginta bonorum denariorum Lucensium in

(a) *La* a *corretta su* t *e* g *su* o *(*sexto*)* (b) *La seconda* a *corretta su altra lettera.* (c) diem *nell' interlineo.* (d) -fat- *su rasura di* etr *(*petr*)* (e) id̄ (f) *La* g *corretta su* r (g) aut *nell' interlineo.* (h) *La prima asta della prima* u *corretta sul segno ; cioè correzione da* ꝗ *(=*que*)*

mense augusto, nisi | specialiter aliud inter nos exinde bona uoluntate conuenerit, nam nichil aliud uobis | inde a nobis superimponatur. Quod si predictum censum, sicut dictum est, dederitis, et | nos predictam uillam cum terris sibi coerentibus, cultis et incultis, ut di-
5 ctum est, uobis tollere, | contendere, minuere aut quocumque modo quęsierimus subtrahere, et si uobis eam secure | et quiete habere et tenere non permiserimus, aut si ab omni homine secundum legem uobis eam non | defensauerimus, tunc spondeo et promitto et obligo me et meos posteros successores com|posituros et daturos tibi predi-
10 cto Uuidoni comiti tuisque filiis et heredibus esse debere penam argenti | libras quinquainta, et componamus uobis. Equidem Uuido comes manifestus sum, quod ita conuenit | inter nos, sicut superius legitur; et si predictum censum dare et adimplere distulero ego uel mei | filii seu heredes, ut dictum est, aut si predictam terram dimiserimus, aut pre-
15 dicto monasterio subtraxerimus | proprietario iure, tunc spondeo et promitto et obligo me et meos filios uel eredes composituros et daturos | esse debere tibi prenominato Petro abbatis tuisque posteris successoribus ad partem predicti monasterii penam argenti | libra quinquainta, et componamus uobis; et insuper locatio ista nichil ualeat. Unde
20 ob rememorandam huius | rei ueritatem duo libelli ex hac causa inter nos facti sunt uno tenore. Actum Strume, iudicaria Aritina.

† Ego Petrus abbas a me facto subscripsi. † Signum manus predicti Uuidonis comitis, qui hunc | libellum, sicut super legitur, fieri rogauit. Ego frater Iohannes leuita et monacuhs [a] subscripsi.
25 † Ego frater Benno sacerdos et monachus subscripsi. † Ego frater Dominicus [b] sacerdos et monachus [c] subscripsi.

† Ego frater Benedictus [d] monachus et leuita subscripsi. † Signum manus Uuidonis aduocatoris predicti monasterii, qui in hoc libello | manus suę signum fieri rogauit.
30 (C) Albertus not(arius) subscripsi.

(C) Ego Petrus rogatus testi subscripsi.

† Signum manus Iohannis filii Albizi et Petri et Leonis filii Bondie et Ugonis filii Ugonis et Teuzo | filii Albizi rogati testes.

(C) Iohannes iudex domni imperatoris scrisi et compleui.

(a) *Così A con segno di abbr. che taglia* h (b) *Segue* d *espunta.* (c) monanachus
(d) *Segue* co *espunto.*

63.

Carta di ordinazione.

1067–1068.

L'abate Pietro II del monastero di S. Maria in Firenze restituisce all'ospizio di Badia, caduto in rovina, quanto gli aveva concesso il suo predecessore.

Originale [A]. Copia della fine del secolo XII [B]. Copia del secolo XV nel Liber privilegiorum, p. 29, da A.

Edd. Puccinelli, *Cronica*, p. 251, n. LVI «ex bibl. Aniciana. Const. Caietani», da A = Lami, *Monumenta*, I, 100. Cf. Puccinelli, *Vita del beato Teuzzone*, p. 21. Brocchi, *Vite de' santi e beati Fior.*, II, 157. Davidsohn, *Gesch. von Flor.*, I, 163, nota 1, 235 e nota 5 (I, par. 1ª, 241, nota 1, 352 e nota 1).

Lo scrittore di A è il medesimo dei documenti nn. 64, 65, 73 ed ha imitato la carta n. 35. Autografa è la sottoscrizione dell'abate Pietro; quella di «Teuzo» pare dello scrittore del documento, come sue sono certamente altre sottoscrizioni, sebbene si noti imitazione di scritture diverse. Si dovettero eseguire più esemplari della carta, e non in ciascuno saranno state autografe tutte le sottoscrizioni. La copia B, in minuscola libraria, pare dipenda dal nostro esemplare, come si ricava dalla riproduzione di alcuni caratteri estrinseci di A; si avverta però l'aggiunta in B di cui a p. 163, rr. 7–13; soltanto in B si ha la datazione, ma deve ritenersi, con tutta probabilità, un'aggiunta del trascrittore, ricavata da un esemplare della carta del 1031 (n. 35). La nostra carta è una riconferma di quest'ultima (n. 35), dal cui testo dipende direttamente; in più, registra qualche passo, cf. p. 159 (rr. 18–34)-p. 160 (rr. 1–20), p. 161, nota (c) e p. 162 (rr. 31–33)-p. 163 (rr. 1–13). La data può oscillare tra il 1067 (primo anno del pontificato del vescovo Leone di Pistoia) e il principio del 1068 (essendo ancora ricordato il vescovo Pietro Mezzabarba di Firenze; cf. Davidsohn, op. cit.).

Nell'edizione sono tra ⟨ ⟩ le aggiunte del testo in B, e per facilitare il confronto colla carta del 1031 (n. 35) si notano di questa anche le differenze o le principali varianti nei nomi proprii [C].

(C) ⁝ In nomine sanctę et indiuiduę Trinitatis. ⁝ Pręnecessarium fore Christianis omnibus creditur, maxime his quibus pastoralis honor, Deo largiente, conceditur, ut tanto unicuique sit mens de suę salutę animę sollicita, quanto de | aduocationis[(a)] tempore extat

(a) -ca- *su rasura.*

ambigua, ne dum ad aeterni regis nuptias inuitatur discumbere, nuptialibus carens uestibus aeterno mancipetur incendio. Quam rei causam dum ego secundus Petrus Sanctę MARIĘ Florentini monasterii abbas | diutius interna cogitatione rimarer, meique ministerii
5 ordinem graui pondere obsessum cognoscens, pro uiribus, ut Deus concesserit, cordis intentionem ad has regis nuptias dirigere studui, meque, prout possibilitas daret, nuptialibus indutus uestibus | ad dexteram sponsi cum electis discumbere optaui. Cumque hęc talia diu corde reuoluerem, subito menti nostrę illud apostolicum accidit:
10 Karitas fraternitatis maneat in uobis, et ospitalitatem[(a)] nolite obliuisci; per hanc enim placuerunt quidam, angelis hospitio receptis. | Hinc per Petrum dicitur: Hospitales inuicem sine murmurat[i]one. Hinc etenim ipsa ueritas dicit: Hospes fui et suscepistis me. His uero am-
15 monitus exemplis pluribusque diuinis perterritus minis, nulla alicuius rei suggestione infectus, nec aliqua necessitate coactus, sed corde perfecto et animo | uolenti, ad susceptionem hospitum et peregrinorum restaurare decreui hospitale quod in nostro monasterio a domno Petro quarto decessore nostro constitutum est, et ob neglegentiam
20 quorundam prauorum uel potius propter infestationem uel depredationem inimicorum pene deletum iam et | quasi obliuioni traditum erat. Unde motus pietate diuinorum preceptorum supradictorum deuoto corde quę potui ad utilitatem predicti hospitalis[(b)] condonare disposui, scilicet quecumque prius a prefato nostro antecessore
25 concessa sunt restituens, excepto quandam partem terrę in qua ortus | esse uidetur et est posita prope Perilasium Maius et iuxta ortum nostri monasterii, pro qua restituo plus et melius ad partem hospitalis, uidelicet uineam[(c)] domnicatam in curte Garipergę; nam alia omnia restituere[(d)] decreui pro Dei amore meęque remedio animę
30 et spe remunerationis futurę | et pro animabus antecessorum meorum abbatum seu successorum istius abbatię et pro animabus monachorum fratrum uiuorum et mortuorum et custodis illius hospitalis nec non et pro anima Ugonis marchionis sueque genitricis huius monasterii aedificatricis nec non pro salute Gotefredi excel-

(a) *La* s *corretta su* i (b) *La* h *nell' interlineo.* (c) *B* decimam et uineam
(d) *La* i *corretta su* a

lentissimi ducis, | quin etiam pro anima suę dilectissimę coniugis Beatricis atque pro salute Petri Florentini uenerabilis episcopi a quo quandam decimationem, quam eidem hospitali[a] contulimus, gratia huius hospitalitatis acquisiuimus, atque pro remuneratione Transmundi Fessolani[b] episcopi et Leonis Pistoriensis episcopi, | nec minus 5
pro animabus imperatorum siue regum istius regni, nichilominus pro salute Vvaldradę comitissę suorumque herędum, insuper pro anima Lotharii comitis sueque Athalasię coniugis ac pro remedio animarum Bulgarii[c] comit[i]s et Gasdię sueque deuotissimę coniugis filiorumque suorum, | similiter pro animabus illorum qui de suis rebus 10
prelibato hospitali aliquod beneficium fecerunt seu facturi sunt. Concedo igitur prefato loco quandam partem terrę in loco Petra Plana et in loco Publica et in Gignoro ubicumque de ipsis terris inueniri potest, et in Runco | similiter statuo mansos duos, quorum unus positus est in loco Sub Monte, alius positus est in Mucillo, quem 15
detinet Petrus Caseolus,[d] alius uero in loco Uiclo, quem tenet[e] Teuzo Cippo,[f] alius quem detinet Gerardus sartus, alia quarta pars mansis que est in loco Marciliano, quem tenet | presbiter cum consortibus suis: omnes hos mansos[g] statuo et decimationem eorum. Eodemque uoto firmo eidem hospitio decimationem duodecim man- 20
sium qui positi sunt in curte Greue, quorum unus est positus in Cortine, quem detinet Iohannes filius Magni, alius uero in loco Gutta et detinvit[h] eum Iohannes filius Azzonis, | tertius in loco Belsari, quem detinent[i] Carcarelli,[k] quartus in Gutta, quem detinet Bonizo,[l] quintus similiter in Gutta, quem detinet Uiuentius,[m] sextus 25
pariter in Gutta, quem detinent[i] filii Iordanis,[n] septimum per Martinum[o] filium Bonattę, octauus in Carrari, qui regitur per filios Boni[p] de Fili Popi, | nonus ibique quem detinet Carpastalla,[q] decimus in Quarto, quem detinent[r] nepotes Gingi,[s] vndecimus in Publica, qui regitur per Iohannem filium Bonizonis, duodecimus in 30

(a) *Il passo* nec non pro salute - hospitali *è su rasura.* (b) *B* Fesolani (c) *La* I *nell' interlineo.* (d) *B* Caseoli (e) teɴet *con* ɴ *corretto su* t (f) *Cf. questo passo in C, p. 88, rr. 8-11.* (g) -os *su rasura.* (h) *Corretto da* detinet *C* detinet (i) *B C* detinet (k) *C* Dominicus Carcarellus (l) *C* Bonizo de Gutta (m) *C* Uiuentius de Gutta (n) *C* quem detinet Ioannes filius Iordanis (o) *Così A B; si intenda* regitur per Martinum (p) *C* per Bonum (q) *C* Bonizo filius Stephani (r) *La seconda* n *nell' interlineo.* (s) *C* quem detinet Dominicus filius Gingi

Poiolo, quem detinet Stephanus; et duos manses alios quos detinet Nerolus nepos Corbizi,[a] quorum unus positus est in Publica, alter in Gutta; | similiter decimationem totius terrę Iohannis filius Fusculi,[b] quam detinet ex nostro monasterio; et decimationem terre
5 filiorum Ugonis sarti et terrę filii Bonencii;[c] nec non decimationem trium mansium in curte Signa, quorum unus regitur per Teuzonem, alius per presbiterum Restum, tertius per Stephanum: hi omnes in Stagno; | similiter in curte Signa decimationem quinque mansium qui positi sunt in loco Pede Montis, quorum primus de-
10 tinet Martinus filius Iohannis, alius Omizo filius Farolfi, tertius Dominicus filius Osannę, quartus et quintus detinentur a supradictis hominibus; similiter decimationem sex mansium in Colonica, quorum primus detinet | Petrus Cecus,[d] secundus Stephanus Gallus, tertius Leo Maglo, quartus Teuzo Caluus, quintus Petrus Lucise,
15 sextus filii Gerardi; quin etiam decimationem sexaginta et unum mansium,[e] quorum primus est in Litorti et detinetur a Martino massario et Oliuo, secundus in Scopito a Bonizone massario,[f] | tertius in Citina a Bonizone et Iohanne, quartus in Campauli a Teuzone filio Rodulfi, quintus in Fraxinitu a Bonizone et Stephano,
20 sextus Liprandise a Bonatto, septimus in Uiuario ab Urso, octauus in Massole a Bonatto, nonus in Uignano a Uuidone,[g] decimus ibidem a Iohanne, vndecimus similiter | in Uignano a Petro, duodecimus pariter in Uignano a Raimperto, tertius decimus in Ualle ab Andrea, quartus decimus in Ualle a Iohanne, quintus decimus in Mar-
25 cilliano a Teuzone, sextus decimus in Prato a Iohanne, septimus decimus in Tolano[h] a Barone et consortibus suis, octauus decimus | in Iolettine a Bonizone et Urso, nonus decimus in Casalino a Petro, vigesimus in Paragnano[i] a Iohanne suisque consortibus, vicesimus primus in Sala Damiani[k] a Petro, vicesimus secundus in Bruniche[l]
30 a Iohanne, vicesimus tertius ibidem ab alio Iohanne, vicesimus quartus in Caluano | ab Urso, vigesimus quintus in Campo Teufridi a Martino, uigesimus sextus similiter in Campo Teufridi a Lupi-

---

(a) *C* quos detinet Corbizo castaldeo (b) *C* terre Fuscvli nostri castaldionis (c) *Il passo* et decimationem - Bonencii *non si ha in C* (d) *C* Petrus Ioannis filius (e) *C aggiunge* qui positi sunt in corte Uiclo (f) *Segue rasura di una parola.* (g) *B* Guidone (h) *C* Tonano (i) *C* Paragnone (k) *C* Sella Damiani (l) *C* Pruniche

zone, uigesimus septimus pariter a Morando, uigesimus octauus in Nouule a Leone cum consortibus suis, uigesimus nonus in Nouule ab Andrea cum consortibus | suis, trigesimus in Caselle a Dominico, trigesimus primus in Urliano [a] a Teuzone, trigesimus secundus in Urliano [a] a Uiuo, trigesimus tertius similiter in Urliano [a] a Bonizone, trigesimus quartus in Citerna a Martino, trigesimus quintus similiter in Citerna ab Andrea, trigesimus sextus in Papi|ano a Iohanne, trigesimus septimus ibidem a Roizo, trigesimus octauus in Monte a Iohanne, trigesimus nonus in Fonte a Petro, quadragesimus in Papiano a Gerardo et consortibus suis, quadragesimus primus in Papiano ab Urso et consortibus suis, quadragesimus secundus in Succlelli a Martino, | quadragesimus tertius ab Adanaldo, [b] quadragesimus quartus a Rainaldo, quadragesimus quintus in Massa a· Iohanne, quadragesimus sextus in Fra * * * [c] a Iohanne, quadragesimus septimus in Molino a Fusculo, quadragesimus octauus in Palaria a Iohanne, quadragesimus nonus | in Ripis a Iohanne, quinquagesimus a Teuzone filio Adanaldi, [d] quinquagesimus primus in Monte a Martino caballario cum consortibus suis, quinquagesimus secundus a Gerardo filio Rigizi, quinquagesimus tertius a Iohanne Iohannis filio, quinquagesimus quartus a Dominico bubulco, quinqua|gesimus quintus in Cafaio [e] a Bonizone cum consortibus suis, quinquagesimus sextus in Esculeto a Dominico, quinquagesimus septimus in Campo Datuli ab Alberto filio Gualfredi, quinquagesimus octauus in Poio domnico a Stephano cum consortibus suis; atque decimationem cuiusdam terrę | in curte Greue, quam detinet Cizilus [f] camparius cum consortibus suis similiter confero; similiter decimationem quattuor mansium de Campi, quorum unus detinetur a Buccadurio, alius a Bonatto Gullo, tertius a Uiuolo, quartus a Raimberto; [g] et nostram domnicatam decimationem ipsius terrę | et decimationem terrę quam detinet archipresbiter cum fratribus [h] et nepote suo in Gignoro; sed et decimationem eiusdem curtis de Uiclo nostram domnicatam; similiter in eodem hospitio statuo et de Radda et de Bibiano, cui superaddo decimationem sexaginta mo-

(a) *C* Urgnano (b) *C* Athanaldo (c) *Spazio in bianco di quattro o cinque lettere. B non segna lacuna.* *C* Fragni (d) *C* Athanaldi (e) *B* Cafagio (f) *La* z *corretta su* c *B* Cicilus *C* Cizolus (g) *B* Ragimberto (h) *C* fratre

diorum quam modo | habemus in Padule et in Runco, in curte [a] Signa uel quę in antea habituri sumus; atque decimationem nostram domnicatam eiusdem curtis ubicumque esse inuenitur; nec non et decimationem de curte Caccerini; insuper pensionem de Monte Dardari et de Cerlico et in Margnanula quam | tenent filii Magnuli, et pensionem de filiis Fusculi filius Ursi et alię pensiones quas nunc usque detinuit similiter concedo ⟨similiter et decimationem de curte et terra in loco [b] Calenzano et Marine; nec non et duos mansos quorum unus positus est in loco Conflenti, quem detinet Martinus cum fratribus suis qui uocati sunt Mvrcangnuli, [c] et alius in Ponzano, qui rectus est per Petrus et Azzo filii Ursi; similiter et decimationem de una sorte de Carlone, quam tenent homines qui uocantur Lupi.⟩ [d] Huius uero ordinationis atque restaurationis paginam ad honorem Dei omnipotentis et beatissimę uirginis Marie eiusdem domini matris atque Nicolai sanctissimi confessoris confirmo, laudo, conroboro atque in protectione supradicti Nicolai in perpetuum uigere exopto | cum consilio totius nostrę congregationis aliorumque Deum timentium, insuper fauore Petri sanctę Florentinę aecclesie uenerabilis pręsulis, immo episcoporum supramemoratorum quos descriptio proprię manus inferius designabit, ea uidelicet ratione, ut si forsitan, quod absit, | aut ego uel aliquis ex meis posteris successoribus abbas uel monachus seu quęcumque magna paruaque persona aliqua occasione tollere, minuare, male tractare uel ad aliud ministerium temerarie transmutare uoluerit aliquid ex his quę prefato hospitali | pro salute Ugonis marchionis et Uuille [e] ipsius genitricis, immo pro salute nostra nostrorumque fratrum uiuorum ac mortuorum, quin etiam pro remuneratione omnium supradictorum fidelium per hanc ordinationis et reconciliationis cartam modo confero uel daturus ero, non a predicti mo|nasterii usu subtracta sed magna ex parte mea donatione et maximo labore acquisita, partem habeat penę cum Iuda traditore et Pilato crucifixore et sit damnatus sub anathemate Maranatha omnibusque

(a) curte *su rasura.* (b) et terra in lo- *su rasura.* (c) *La* v *corretta su* o (d) *Questo passo tra* ⟨ ⟩ *si ha soltanto in B; in A è segnata la lacuna con uno spazio in bianco di un rigo e mezzo; è da avvertire che in B l'aggiunta fu fatta in due tempi, poichè il passo da* similiter *a* filii Ursi *fu aggiunto dopo nello spazio lasciato in bianco e con inchiostro più scuro, ma da prima mano.* (e) *B* Guuille

maledicatur maledictionibus quę in Ueteri et | Nouo Testamento leguntur. Unde nimis obsecro, precor, suadeo, ammoneo omnes meos posteros successores eo uoto eodemque desiderio, ut huic nostrę restaurationi pro uiribus adiutorium prebeant, ibique quod necessarium est adhibeant, quatinus per illos karitatis officium | adimpleatur et a summo remuneratore Deo, qui karitas est, remunerari in futuro mereantur. Si quis autem huius decreti, quod non credimus, temerarius uiolator extiterit, sciat se imperatorię camerę compositurum auri purissimi libras quinquaginta; hęc ordinatio | stabilis sine fine permanens et firma. Immo vero iubeo, ordino, confirmo, ut omni anno fratres istius monasterii optimam refectionem de rebus prefati hospitalis in festiuitate sancti Nicolai habeant, eo quod hospitium ad illius restauraui memoriam.

† Ego Petrus abbas in hac reconciliatione a me facta subscripsi.

Ego frater Teuzo monachus et indignus sacerdos consensi et subscripsi.

† Ego frater Bernardus monachus et sacerdos in hac ordinationis pagina consentiens libenter subscripsi.

Ego frater Benedictus indignus monachus et leuita subscripsi.
Ego frater Iohannes monachus et sacerdos subscripsi.
Ego frater Ubertus monachus et leuita subscripsi.
Ego frater Iohannes monachus et indignus sacerdos subscripsi.
Ego frater Dominicus monachus et sacerdos subscripsi.
Ego frater Petrus subdiaconus subscripsi.
Ego frater Vgo subdiaconus subscripsi.
Ego frater Petrus subdiaconus subscripsi.
Ego frater Teuzo monachus et indignus sacerdos subscripsi.
Ego frater [a] Iohannes monachus et leuita subscripsi.
Ego frater Honestus monachus et sacerdos subscripsi.
Ego frater Rodulfus monachus et sacerdos subscripsi.
Ego frater Seniorellus monachus et conuersus subscripsi.
Ego frater Petrus monachus et sacerdos subscripsi.
Ego frater Paulus monachus et conuersus subscripsi.

(a) frš

Ego frater Sigo monachus et conuersus subscripsi.
Ego frater Bonizo monachus et sacerdos subscripsi.
Ego frater Florentius monachus et conuersus subscripsi.
Ego frater Teuzo monachus et sacerdos subscripsi.[a]
5 Ego frater Gerardus[b] monachus et conuersus subscripsi.
Frater Rolandus subscripsi.
Frater Theodericus[c] subscripsi.
Frater Bonactus subscripsi.
Frater Albertus subscripsi.[d]

10 ⟨Hęc ordinatio facta est anno dominice incarnationis xxx primo,[e] die secundo mensis nouembris, indictione quinta x, anno inperii Cuneradi[f] serenissimi inperatoris v^to^; feliciter, AMEN⟩.[g]

64.

Diploma di Enrico IV.

1067–1068.

Enrico re prende sotto la sua protezione il monastero di S. Maria in Firenze e gli conferma i possessi e i diritti.

Documento rimasto incompiuto.

Cf. Davidsohn, *Gesch. von Flor.*, I, 162, nota 1 (I, par. 1ª, 239, nota 1); *Forschungen*, I, 175, n. 15. Kehr, *Italia pontificia*, III, 26.

Lo scrittore è il medesimo della carta precedente e delle bolle di Alessandro II, nn. 65, 73. Manca l'escatocollo, ma è lasciato in bianco lo spazio opportuno. Questo diploma è attribuito dal Davidsohn e dal Kehr a Enrico III (1039 giugno 4–1046 dicembre 25; il Davidsohn ritiene più probabile l'anno 1039). Il titolo di «solitarius» pare attesti che il monaco Teuzo avesse già abbandonato il monastero di Badia, d'altra parte il nome di lui ricorre accanto a quello dell'abate Pietro, e ciò induce a riportare il documento al periodo della loro riconciliazione; parrebbe dunque doversi escludere il tempo di Enrico III. Mentre è scritto dalla mano ricordata, ha qualche affinità di dettato colla bolla che segue di Alessandro II (n. 65), sicchè appare

(a) subscripsi *è su rasura.* (b) ego frater ge- *su rasura.* (c) *B* Thedericus (d) *Seguono quattro righi in bianco.* (e) *Così B; manca* post mille (f) *Corretto da* Curneradi (g) *Questo passo tra ⟨ ⟩ si ha solo in B; cf. p. 158.*

probabile che scrittore e dettatore siano la stessa persona. Non è ammissibile che questa pergamena sia in tale forma uscita dalla cancelleria, ma si presenta verisimile l'ipotesi che sia stata preparata, per commissione dei monaci, coll'intento di farla completare e corroborare dalla cancelleria. Si avrebbe un diploma non compiuto, preparato all'infuori della cancelleria (il dettato non ha particolare dipendenza da quello dei diplomi anteriori per Badia; si noti che fa di Ugo il fondatore). La data più probabile sarà, come la carta precedente, tra il 1067 e il principio del 1068. Si vedano anche le osservazioni premesse al documento che segue.

⁝ In nomine sancte et indiuidve Trinitatis. Henricvs divina fauente clementia Romanorvm rex. Imperialis ⁝ nos contemplatio premonet, illa semper considerare atque disponere quę ad augmentum, diligentiam, protectionem et restaurationem uenerabilium pertinent lo|corum, ne de inprouidentia eorum, quibus a Deo regiminis cura committitur, aliquo modo, quod absit, culpabiles ascribamur, sed magis pro bona obseruati|one indulti regiminis et tuitione sacrorum locorum atque congregatis in Christi laudibus merces nobis a pio Domino tribuatur, a quo noster honor et dignitas | sublimatur. Non enim nos ad singula posse sufficere credimus que nostrę competunt dignitati, nisi Sanctorum adiuti suffragiis, cęlestis Rex, data misericor|dię manu, suis preceptis inherentes post se currere tribuat. Tunc enim uia nostra recte dirigitur, si diuinis iussionibus[a] sinceris actibus adheremus. Proinde | ut nostra imperialis dignitas, Domino miserante, decenter incedat, notum habeat uniuersitas fidelium sancte Dei Ecclesię presentium et futurorum, sicut antecessores nostri reges | seu imperatores contulerunt, ita nos, flexi Petri eiusdem monasterii abbatis precibus atque domni Tevzonis uenerabilis solitarii, concedimus monasterio Sanctę Marię sito in ciuitate | Florentina, ob salutem nostrę animę nostrorumque antecessorum imperatorum, et confirmamus omnia que Ugo inclitus marchio atque Vvilla comitissa eius genitrix eidem uenerabili loco quocumque | modo contulerunt aut antecessores abbates habere et tenere uisi sunt uel successuri eidem loco in futuro, fauente Deo, acquisituri sunt; atque uolumus ut abbatia illa | in perpetuum sit regalis et libera, sicut a tanto talique nobili uiro constat esse constructa. De rebus uero et

(a) -ib- *su rasura.*

possessionibus, castellis, curtis, terris, uineis, campis, pratis, pascuis, | siluis, terris cultis et incultis, aquis, aquarum decursibus et omnibus ad idem monasterium proprietario iure seu libellario nomine salua pensione pertinentibus, ita nostrę celsitudinis statuimus | preceptum,
5 ut a modo liceat ipsius monasterii abbatibus et congregationibus omni tempore sub nostra nostrorumque successorum imperatorum defensione quiete uiuere, pacifice et secure Deo | seruire, omnium personarum remotis obstaculis, impedimentis, assaltibus, pro laude et obsequio Dei sueque sacratissimę intactę genitricis. Statuentes
10 preterea confirmamus eidem monasterio | et prefato Petro abbati suisque successoribus, et in perpetuum uigere optamus, omnia predia uel beneficia quęcumque ab aliquo Christiano fideli seu ab aliqua ecclesia legalis scriptionis munimine aut personali tra|ditione collata uel conferenda sunt. Insuper uolumus, ut nullus episcopus li-
15 centiam habeat uel potestatem aliquid uirtutis seu uiolentię aut dominationis, nisi ad dignitatem sacri ordinis, in ipso mona|sterio exercere. Precipientes itaque imperiali iubemus edicto, ut nullus dux, marchio, episcopus, comes, uicecomes, castaldio, siue curialis, seu magna paruaque persona hanc nostram sanctionem | audeat in-
20 fringere, minuare, uexare, aut assaltum illi uenerabili loco presumat inferre, uel in aliquo eorum quę statuentes censuimus audax conetur corrumpere. Si quis uero, quod non credimus, | huius nostrę iussionis uiolator uel contradictor extiterit, omni occasione postposita, centum auri optimi libras, medietatem camerę nostrę, medietatem
25 prenominato monasterio, componat. Quod ut fir|mius credatur et ab omnibus inconuulse obseruetur, manu proprię denotationis [a] roborantes sigillo nostro inferius precepimus insigniri.

65.

Bolla di Alessandro II.

1067-1068.

Alessandro II papa prende sotto la sua protezione il monastero di S. Maria in Firenze e gli conferma i possessi.

Documento rimasto incompiuto [A].

(a) *La prima* o *corretta su* a

Ed. Pflugk-Harttung, *Acta Pont. Rom. inedita*, II, 119, n. 154, da A. Cf. Kaltenbrunner, *Papsturkunden in Italien* (*Wiener Sitz. Ber.*, XCIV), 652, n. 3496 a. Jaffé-Löwenfeld, *Reg.*, n. 4734. Kehr, *Italia pontificia*, III, 27, n. 2.

La pergamena è della mano che scrisse la carta n. 63 nonchè il diploma di Enrico IV (n. 64) e parte della bolla di Alessandro II del 1070 ottobre 7 (n. 73); tutti documenti per Badia. Due di questi sono senza escatocollo, ed è da notarsi che la bolla del 1070 ottobre 7 fu preparata, come pare, da due mani e che la mano che scrisse il contesto è appunto quella dei nostri documenti, sicchè essi mostrano lo stesso sistema di preparazione. I dubbi sollevati sull'autenticità delle due bolle furono dichiarati privi di valore dal Kehr, il quale però lascia insoluta la questione se siano o no originali. Saranno copie sincrone? In tal caso, la mancanza dell'escatocollo sarebbe da ascriversi al trascrittore; ma fa specie questo sistema, e meraviglia sopratutto la mancanza della data. L'esame poi del testo mostra una certa correlazione di dettato tra il diploma di Enrico IV e la presente bolla, il che fa ritenere come cosa probabile che scrittore e dettatore siano la stessa persona, e porta a domandarci se questa persona non possa essere lo scrittore nostro; e allora si riaffaccia la questione dell'originalità o della falsità dei nostri documenti. Se non che per dimostrare la falsità ci difettano gli argomenti storici, difficili sempre a rintracciarsi quando i documenti sospetti sono stati eseguiti all'epoca della data che portano; e vengono a mancarci molti criterii paleografici e diplomatici, poichè nel caso presente potrebbe trattarsi di scrittore e dettatore locale, il quale si fosse scostato dagli usi consueti cancellereschi. D'altra parte i dubbi sull'originalità sono troppo giustificati: la mancanza dell'escatocollo si oppone a ritenere che questi documenti siano stati spediti proprio in tale forma dalle cancellerie; e non si tratta di un caso solo e quindi di una possibile eccezione (un esempio da aggiungersi ai nostri è quello della bolla di Alessandro II per il Capitolo fiorentino [Kehr, *Italia pontificia*, III, 15, n. 11], di altra mano, ma della stessa scuola; la sua fattura va studiata in confronto con quella dei nostri documenti). Non saranno documenti rimasti incompiuti? Non è probabile che il nostro scrittore abbia preparato, dietro ordine dei monaci di Badia, senza intenzione di eseguire un falso, queste carte per poi farle completare e corroborare dalle rispettive cancellerie? Quando sarà stata preparata la nostra bolla, e perchè rimase incompiuta? È certamente posteriore alla carta del vescovo Pietro (n. 63; cf. p. 170, r. 4), ma d'altra parte è a ritenersi anteriore alla bolla del 1070 (n. 73), la quale, riguardo al contenuto, è una ripetizione o rinnovazione della presente, con amplificazioni (la nostra, se posteriore, non avrebbe ragione di essere stata eseguita); ed entro questo periodo ci spiegheremmo la fattura della bolla (come quella ricordata per il Capitolo, come il diploma di Enrico IV), mettendola in relazione cogli avvenimenti che portarono alla deposizione del vescovo Pietro Mezzabarba. Nel 1067, quando Alessandro II fu a Firenze, si potè avere l'azione, cioè è possibile che allora sia stata accolta la petitio dei monaci; ma è forse ancor più probabile che il documento

sia stato preparato senza autorizzazione della cancelleria, coll'intento di presentarlo ad essa, alla prima occasione, per il compimento; gli avvenimenti ricordati avrebbero portato ad un ritardo, e quando i monaci credettero di poter ottenere la bolla di conferma, fecero preparare dallo stesso scrittore (probabilmente un monaco di Badia), una nuova pergamena, con testo più ampio per includervi anche gli ultimi acquisti (basti ricordare S. Martino del Vescovo, che passò sotto Badia non prima del maggio 1070, cf. carte nn. 69-71). Al primo ritorno di Alessandro II in Toscana i monaci gli avrebbero presentato a Lucca il documento (n. 73) e la cancelleria lo avrebbe reso completo e munito di sigillo.

Alexander episcopus servvs seruorum Dei. Petro monasterii SANCTĘ MARIĘ Florentino abbati suisque successoribus in perpetuum. Nostri regiminis tunc bene implemus officium, cum iuste petentibus facile prebemus auditum. | Ideo enim apostolica sedes, cui Deo fa-
5 uente presidemus, in firmissimę petrę posita est specula, ut undique puro mentis intuitu circumspiciens et per deuia gradientes aequitate indice corrigat | et ad salutis portum deuote tendentibus ducatum diligenti sollicitudine porrigat. Tanto siquidem dominica precepta rectius implemus, quanto studiosius Christo famulantibus ammini-
10 culari satagimus. Tunc quippe suffragia Sanctorum pro nostris ouibus fiducialius exposcimus, si eorum sacratissima loca custodientibus defensionis presidium prebemus, sic namque nos exaudiri speramus a Domino, si in | orationibus perseuerantes nostro proteguntur pastorali clipeo. Quapropter, karissime fili, o uenerabilis abbas, te prefa-
15 tumque monasterium Florentinum, a Vvilla comitissima [a] nobilissima atque ab Ugone | suo inclito filio constructum in honore SANCTĘ MARIĘ consecratum sanctique NYCOLAI confessoris innumeris uirtutibus decoratum, inclinati humillimis tuis tuorumque fratrum pręcibus in tutelam apostolicę | defensionis suscipimus, atque illud
20 nostra apostolica auctoritate in perpetuum roboramus, sibique omnia castella, ecclesias, curtes, terras cultas et incultas, seruos et ancillas et cum omnibus perti|nentiis et possessionibus quę UGO inclitus marchio atque VVILLA eius genitrix eidem venerabili monasterio dederunt, insuper quę a regibus et imperatoribus predia et beneficia
25 collata sunt seu ab aliqua fideli | persona, in perpetuum mansura firmamus. S[tat]uimus pręterea eidem monasterio et tibi prefato Petro

(a) *Così A*

abbati tuisque successoribus omnia quę ab episcopis Florentinis libellario nomine seu personali traditione | tradita sunt, nominatim ecclesiam Sancti Proculi, quę est iuxta portam monasterii, cum terra in qua domus peregrinorum a te, uenerabili abbate, honeste cernitur esse constructa,(a) ecclesiam Sancti Laurentii de Signa | cum decimatione Ueteris et Noui(b) Palu[dis], decimationem terrę quę dicitur Miccina, decim[at]ionem de Uiclo, insuper decimationem de curte Fusci, quam Uulteranus episcopus munimine litterarum | monasterio contulit, decimationes uero quę in diocesi Fessolani(b) episcopatus habentur, siluam similiter in loco qui uocatur Riuus Frigidus. Haec et omnia quę a te uel a precedentibus abbatibus(c) | acquisita sunt uel a subsequentibus sunt acquirenda, seu etiam quę prefata ecclesia per diuersa tempora a primordio sui accepit aut acceptura est in futurum, constituimus, sancimus | atque eidem ecclesię in perpetuum mansura stabilimus, ita ut nullus rex, nullus episcopus, nullus marchio, comes, uicecomes, preses, castaldio, uel curialis, magna | paruaque persona te tuosque successores predictumque monasterium minuere, uexare, inquietare aut molestias inferre presumat. Si quis autem sciens contumax huius nostrę sanctionis | apostolicam constitutionem fregerit et non emendauerit, anathematis horribili gladio percussus intereat et aeternam damnationem cum Iuda incurrat; si quis uero deuotus apostolicę iussionis conseruator extiterit, | ut iusti epulantur, in conspectu Dei epuletur, ac, beato Petro interdente,(b) in lętitia et exultatione perenni delectetur.

66.

Carta di vendita.

1068 agosto, Firenze.

Geremia, detto Bisantolo, figlio del fu Bonizo vende a Giovanni figlio del fu Teuzo una terra in Gutta, per il prezzo di ventiquattro soldi. Clausola di pegno.

Originale.

Cf. Davidsohn, *Forschungen*, I, 161.

(a) *La* a *corretta su* ū *(prima si aveva* constructum*)* (b) *Così A* (c) *La seconda* a *corretta da* i

(C) In (no)m(ine) domini Dei eterni. Anno ab incar|natione eius sexagesimo hoctauo post | mille, mense augusto, indictione sexta; feliciter. | Manifestus sum ego Iermia, qui Bisanto|lo uoc(atus), filio b(one) m(emorie) Bonitii, quia per hanc car|tulam uindo et trado
5 tibi Iohannes filio b(one) m(emorie) | Teutii, id est terra petia una qui est posita in | loco qui uocatur Poio ad Gutta. Tamen de|cernimus terra petia ipsa, qui de una parte | est fini terra Matitiulini et Corbaccioni, | de alia parte est fini terra Iohanni filio Ansel|mi et de consortibus eius, de tertia parte | est fini terra mea q(ui) s(upra)
10 Iermia et de consor|tibus meis, inter medio fossa, de quarta | parte decurrit ei uia. Infra ipse de|signate locas de predicta petia terra inte|gram sextam portionem una cum omnia | super se et infra se habentes in integrum,| sicut super legitur, eas tibi q(ui) s(upra) Iohannes uindo | et trado ad possidendum. Pretium uero | pro ipsa
15 uindictio mea recepi ego q(ui) s(upra) Ier|mia [a] uinditor ad te Iohannes emtor, si|cut manifestus sum et inter nos conuenit, | inter argentum et alias mobilias pro uali|ente sol(i)d(o)s uiginti et quattuor | finito pretio tantum et subpletus sum, unde | ex eodem pretio amplius nulla exinde | retdere debere dixi. Et, quod fieri non | credo,
20 si forsitans ego q(ui) s(upra) Iermia uel | meis heredibus aut summissa persona, qui nos | miserimus uel qui cum quolibet nostro facto | ueniad per quolibet ingenium, cui nos | eas dedissemus aut dederimus, qui tibi | suprascripto Iohannes uel ad tuis heredibus, aut cui | a uobis ipsa uindictio mea data aut | tradita uel iudicata fuerit,
25 in aliquid | exinde uobis contendere aut retollere | uel minuare aut intentionare presum|serimus, aut si eas nos uobis ab omni ho|mine et femina defendere non | potuerimus et non defensauerimus, | tunc duppla tanta et talis iam dicta | uindictio mea, qualis tunc ipsa fuerit,| sub estimatione, in consimili loco | de nostris propriis rebus pro-
30 prietario iure | uobis restituere et persoluere de|beamus. Et si uobis oportum fuerit, | licentiam et potestatem habeatis | una cum ista cartula causam exinde | agendum, finem ponendum, responsum | retdendum et usque ad ueram legem | perducendum quam melius potueritis, | sicut ego facere debui. Actum Flo|rentia; feliciter.

35 (C) Ego Iermia a me facta subscripsi.

(a) *La* i *corretta su* e

Signa ✝ ✝ ✝ manuum Rodolfi filio b(one) m(emorie) Oliueri | et Florentii filio Gotii et Iohanni filio Fuschi Mori | rogati testes.

(C) Ego Iohannes not(arius) scriptor post tradita compleui.

Cartulam istam et unam promissionem et uno libello ipse | Iermia in pigno posuit ad suprascripto Iohannes pro sol(i)d(o)s uiginti | et quattuor de bonis denariis de Luca, in tali tinore: | da modo usque ad anni quattuor expleti isti proximi | uenienti et propter prode de ipsi denarii ipse Iermia | dare debead[(a)] ad suprascripto Iohannes integram medietatem de bla|da que exierit[(b)] de ipsa terra que ista cartula et in suprascripta | legitur; et si ad ipso constituto aut antea post blada | exinde recepta ipse Iermia uel suis heredibus ad suprascripto Iohannes | uel ad suis heredibus retdiderit uiginti et quattuor sol(i)d(o)s de bonis denariis de Luca et ipsa blada ei dederit, | ut dictum est, tunc ipse Iohannes uel suis heredibus retdere debeat | eis istam cartulam et illam promissionem et illo libello; et | si ad ipso constituto aut antea predicto Iermia uel | suis heredibus ad suprascripto Iohannes uel ad suis heredibibus omnia, ut dictum | est, non[(c)] obseruauerint, tunc ipse Iohannes et suis heredibus | habeat et tenead istam cartulam et illam promissionem | et illo libello et terra que in[(d)] ista cartula le|gitur ad eorum proprietatem, sine omni | calomnia.

67.

Carta di livello.

1069 dicembre, Firenze.

Ugo diacono, detto Seniorello, custode e prevosto della chiesa di S. Martino in Firenze dà a livello a Gerardo figlio del fu Fiorenzo una pezza di terra in Montelatico, per il censo annuo di sei denari d' argento.

Originale.

Cf. Davidsohn, *Forschungen*, I, 2, 39. Cocchi. *Le chiese di Fir.*, I, 121.

(C) In (no)m(ine) domini Dei eterni. Anno ab incarnatio|ne eius sexagesimo nono post mille, mens(e) decemb(er), | indictione

(a) *La seconda* e *pare corretta su* l (b) que exi- *su rasura.* (c) *La* o *corretta su altra lettera.* (d) *La* i *corretta su* c

octaua; feliciter. Et ideo ego Ugo diaconus, qui | et Seniorello uocatus, custos et prepositus de eclesia | Beatissimi Sancti Martini de ciuitate Florentiia, | quia per nostra conuenientiia et quia dare adque haben|dum, tenendum, laborandum, laborare faciendum et fru|endum
5 seo et meliorandum dare preuidi tibi Gerardo fi|lio b(one) m(emorie) Florentii, id est una petiia de terra et res | illa qui est posita in loco qui nominatur Montulati|co. Tamen decernimus eam, qui de unam partem est fi|ni terra qui detinet Bacarello filio b(one) m(emorie) Petroni, de aliam | partem est fini terra Berte filia b(one) m(emorie)
10 Corbitii et Iohanni filio | b(one) m(emorie) Adami, de tertiiam partem est fini muro antico, | de quartam partem est fini terra Iohanni filio b(one) m(emorie) Bonomi. | Infra ipse designate locas de suprascripta terra et res sistariorum | duodecim, ad sistario de panis decem ad iusta mensura | ad grano sementandum, cum omni edeficio
15 suo super se et infra | se habentes in integrum eas tibi q(ui) s(upra) Gerardo et tuis heredibus, | aut cui suprascripta terra et res per libello dederitis, dare et firmare | preuidi, et michi q(ui) s(upra) Ugo diaconus et prepositus et meis | supcessoribus tu suprascripto Gerardo et tuis heredibus, aut cui | suprascripta terra et res per li-
20 bello dederitis, dare nobis debeatis pensio|ne pro suprascripta terra et res per omnem anno, in festiuitate sancti Mar|tini ad ipsa ecclesia [a] Sancti Martini nobis aut aposito uel mi|nisteriale nostro per uos aut misso uestro, argentum inter censum | et oblie et adiutorio denarii sex boni expendibilis, et non | amplius. Et si uos adin-
25 plentes, et si ego q(ui) s(upra) Ugo diaconus | et meis supcessoribus tibi suprascripto Gerardo uel ad tuis heredibus de | suprascripta terra et res tam de mobile quam et inmobile minua|re uel retollere aut amplius quam super legitur uobis superin|ponere presumserimus, tunc componituris et daturis esse debea|mus tibi suprascripto Ge-
30 rardo uel ad tuis heredibus pena numerum de | bonis denarii de Luca sol(i)d(o)s sexuaginta. Quidem et ego | Gerardo manifestus sum, quia omnia ut super legitur, sic inter | nobis conuinet; si distullero ego uel meis heredibus dare et adin|plere per omnem anno tibi suprascripto Ugo diaconus et prepositus uel ad | tuis supcessoribus ipsa
35 pensione, sicut super legitur, si uos recipe|re uolueritis, aut si su-

(a) *Tra la prima e la seconda* c *una* e *espunta.*

prascripta terra et res dimittere presumserimus, uel | si per nos peiorata aut suptracta apparuerit, tunc illa pena | sol(i)d(o)s sexuaginta parti uestre componere debeamus. Unde duo li|belli scripti sunt.
Actum Florentiia; feliciter.

(C) Ego Ugo diaconus a me facto subscripsi. 5

Signum ✝ manum suprascripti Gerardi, qui hunc libello, sicut super | legitur, fieri rogaui.

Signa ✝ ✝ ✝ manum Petroni, qui et Pagano uocatus, | filio b(one) m(emorie) Dominichi et Iohannes filio eidem Pagani | et Petri filio b(one) m(emorie) Dominichi, Uaio uoc(atus), [a] rogati testes. 10

(C) Ego Willielmus not(arius) scriptor post | tradito compleui.

68.

CARTA DI LIVELLO.

1070 febbraio, Firenze.

Pietro abate della chiesa e del monastero di S. Maria in Firenze dà a livello a Pietro e a Marco figli di Rozzo e a Leone figlio di Azzo una sorte colle dipendenze nel luogo « a la Sale » (pieve di S. Giusto in Salcio), per il censo annuo di ventiquattro denari d'argento.

Originale. [1]

Cf. PAGLIAI, *Regesto di Coltibuono*, p. 38, n. 74.

La scrittura è del notaio Ugo. Dev' essere questo l' esemplare, appunto perchè rimasto incompleto, posseduto dal concedente. È usato il computo Fiorentino.

(C) Im n(omine) domini Dei eterni. Anno ab incarnatiione eius sexage|simo nono post mille, mense februario, indictiione octaua; feliciter. Et ideo | ego Petrus abbas de ecclesia et monasterio Sancte Marie de ciuitate Fl[orentia, qui] | a secundum conuenientiia nostra et quia dare atque abendum, tenendum et casci|ne reconciandum 5 et duo de uos ibidem resedendum, laborandum et fruen|dum seo et

(a) uc *aggiunto nell' interlineo.*

(1) Nel fondo Badia di Coltibuono.

meliorandum dare preuidi uobis Petrus et Marcus germani filii Rotii | et Leo filio Actii, id est integra una sorte et res illa qui est posita in l[oco] qui no|minatur a la Sale, sicut modo recta est per uos ipsis germani et [Leo et consortibus] | uestris, et est ipsa sorte et terris et rebus
5 infra territurio d[e plebe Sancti Iusti sito] | Salice. Ideo predicta sorte una cum cascinis, ortis, terris, uineis, arbori[bus] p[omi]|feris, fructiferis, cultum et incultum, diuisum et indiuisum, mouilibus, om[nia] | et in omnibus ubicum[(a)] de iam dicta sorte pertinentes esse inuenitur, una cum omnibus edeficiis suorum super se et infra se abentibus[(b)] in
10 integrum eas | uobis predicti germani integra medietatem et tibi[(c)] Leo integra alia medietatem | dare et firmare preuidi, et michi q(ui) s(upra) Petrus abbas et a meis sucessores uos pre|dicti germani et Leo et uestris heredibus dare nobis debeatis pensionem pro ipsis terris et rebus | per omne anno, in edommada de natalis Domini a
15 curte[(d)] et monasterio ipsius Sancte | Marie nobis aut a misso nostro per uos aut misso uestro, argentum denarii | uiginti et quattuor boni et expendiuili, et non amplius. Et si uos adim|plentes, si ego Petrus abbas uel meis sucessores de predicta sorte et terris et rebus | tam de mouile quam et immouile minuare uel retollere
20 aut ampl[ius] | quam super legitur uobis superinponere presumserimus, tunc compo[situri] | esse debeamus uobis predicti germani et Leoni uel a uestris heredibus pena [numerum de bo]|nis denarii de Luca sol(i)d(os) uiginti. Quidem et nos predictorum hominibus | manifesti sumus, quia omnia ut super legitur, sic inter nobis con-
25 uinet; si dis|tullerimus nos uel nostris heredibus dare et adimplere per omne anno illam pen|sionem, sicut super legitur, aut si ipsis terris et rebus dimittere presumserimus, | uel si per nos peiorata aut subtracta aparuerit, tunc[(e)] illa predicta pena | sol(i)d(os) uiginti parti uestre componere debeamus. Unde duo libelli, [sicut super le]|gitur,
30 fieri rogaui. Actum Florentiia; feliciter.[(f)]

(a) *Si intenda* ubicumque (b) *Il passo* una cum - abentibus *è scritto nell'interlineo.* (c) -bi *corretto da* ei (d) *Il passo* per omne - curte *è su rasura.* (e) *Precede a* tunc *una lettera cancellata, forse* l (f) *Segue spazio in bianco di più righi.*

69.

Carta di ordinazione.

1070 marzo 23, Firenze.

Ugo diacono, custode della chiesa di S. Martino in Firenze, trovandosi in fine di vita, dispone di nominare a suoi successori Uberto diacono, Giovanni accolito, entrambi monaci fin dalla puerizia, e Ragembaldo chierico, se si farà monaco della Badia. Espone come egli stesso sia stato ordinato custode.

Originale [A].

Cf. Davidsohn, *Forschungen*, I, 39. Cocchi, *Le chiese di Fir.*, I, 121.

Si confrontino le carte seguenti, nn. 69, 70, e le anteriori carte di ordinazione, nn. 7, 24, 38, 39. È usato il computo fiorentino.

(C) In nomine domini Dei ęterni. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi sexagesimo nono post mille, decimo kalendarum aprelis, ind(icti)one octaua; feliciter. | Notum fieri uolumus, quod ordinatio ecclesię Sancti Martini, quę est in ciuitate Florentia non longe a monasterio Beatissime Sanctę Marię, iam per aliquot annos ab antecessoribus nostris | in me Ugo diac(onus) peruenisse cognoscitur. Quę dum ex necessitate me iam diem ultimum expectancte in alios de parentibus nostris deuenire debeat, [a] qui secundum decretum nostrorum paren|tum ecclesiam illam regere et conseruare in Dei seruitio ualeant, quos meliores in religione ecclesiastica prouidere potuimus, disposuimus ordinare: Vbertum scilicet diaconem et Iohannem | accolitum, utrumque monasticę religioni a pueritia [b] traditos, nec non et Regimbaldum clericum, si monachum se fecerit in supradicto monasterio, qui, sicut in Dei timore pro ani|mabus parentum nostrorum supradicta ecclesia constructa est, ita eam ut melius possint studeant obseruare, hoc est ut presbiterum uel custodem ecclesię ipsius Sancti Martini uel alios clericos | inibi in Dei seruitio manentes ex precepto abbati sui sancta prouisione et allocutione et exhortatione [c] ac etiam, si necesse est, districtione, [d] prout illis in Deo promittitur, debeant custo|dire eisque

(a) *La* a *nell' interlineo.* (b) *La* e *nell' interlineo.* (c) *La* h *nell' interlineo.* (d) -strictione *su rasura.*

stipendia et necessaria temporalia de rebus eiusdem ecclesię debeant amministrare et cotidiana cura omnia que ibi pertinunt debeant custodire. Qualiter autem or|dinatio illa in me deuenerit,[(a)] oportet audiri. Ecclesia supradicta Sancti Martini, sicut in antiquis monimentis habetur, a Iohanne archidiacono prius fundata, qui statuit qualiter | conseruata et in Dei seruitio debeat manere intacta, ac etiam qualiter in ea obseruatores per successiones temporum debeant ordinari, et quomodo de extraneis, si de nostris propin|quis religiosus clericus unus aut duo inuenti fuerint, nullus accedat; si autem talis de nostris non fuerit, tunc unde melior possit haberi de extraneis ordinetur, quia et hoc | a supradicto Iohanne archidiacono,[(b)] ut in decreto eius habetur, sanccitum est. Qui etiam de eadem ecclesia ordinauit Tedilascium clericum germanum[(c)] suum et Hiudum[(d)] clericum nepotem suum, et | Hiudus ordinauit Regimbaldum diaconum, et idem Regimbaldus diaconus ordinauit Regimbaldum clericum; qui postea factus episcopus ordinauit Ugonem subdiaconum | et Berardum clericum; qui Berardus postea suam ordinationem eidem reliquit Ugoni diaconi; qui omnes propinquiores iuxta decretum inuénti sunt. Ego autem Ugo diaconus, | qui cum Berardo clerico[(e)] ordinatus sum, sicut superius dictum est, ordinare decreui supradictos meos propinquos Ubertum diaconem et Iohannem accolitum, a pueritia monachi, nec non | et Regimbaldum clericum, si se monachum supradicto Sanctę Marię fecerit monasterio; qui ordinati omni tempore studeant omnia quę ad Deum pertinent | in eadem ecclesia Sancti Martini per religiosos clericos obseruare et pro animabus edificatorum omniumque parentum nostrorum, maxime pro anima Iohannis archidiaconi, | psalmos[(f)] et sacrificia facere, ac etiam in festiuitate eiusdem sancti Martini quinquaginta pauperes cibo et potu obtimo et pulmento bene condito reficere. | Ne forte autem quis estimet me contra decretum primi edificatoris Iohannis archidiaconi extraneos ordinasse, Ubertus diaconus pronepos fuit illius Hiudi quem predictus Iohannes | archidiaconus, ut supradictum est, ordinauit, et Iohannes accolitus fuit filius Iohannis filii Petri filii Iohannis filii Amizi uicedomini, qui fuit propinquus illius Iohannis

(a) -ne- *nell' interlineo.* (b) -rchi- *su rasura.* (c) grm̄a (d) *Qui ed in seguito* ḣ- *cioè* h *con accento.* (e) clrc (f) psal- *su rasura.*

archidiaconi, et Ragem|baldus[a] clericus, de quo dictum est, si se monachum in prefato monasterio Sanctę Marię fecerit, similiter ordinatus sit de ipsa ecclesia Sancti Martini, meus est consanguineus. Cauere | autem omnimodo iudicamus, ut, sicut idem Iohannes archidiaconus abstulit potestatem alicui ordinatori illius ecclesię, ita et nos 5 sancimus, ut de terra, que est ipsius ecclesię Sancti Mar|tini, nullus eorum possit aut uendere aut donare aut commutuare aut refutare aut ad svum proprium opus tenere aut ad extraneam personam, per quam peiorata uideatur, | aliquo modo dare, sed omnia semper iuri ecclesię firma et inconuulsa permaneant; sed neque potestatem ha- 10 beant aliquis ordinatus sacerdotem uitiosum uel nescientem sacerdo|tale officium ibidem custodem ponere, sed religiosum, qui Dei seruitivm[b] et possit et sciat explere, vt fructum boni operis tam illi qui prius ordinati sunt ab illo Iohanne ar|chidiacono quam et alii post eos usque ad nos et illi qui post nos fiunt in futura re- 15 quie a Domino recipere mereamur. Hęc omnia, quomodo aut qualiter superius legitur | et mea decreui uel confirmaui uoluntas, ita in eo ordine omni tempore stabilem permaneat semper con stipulatione subnixa. Actum Florentia; feliciter.

Signum ✝ manus predicti Ugonis diac(oni), qui hanc cartulam or- 20 dinationis, sicut super legitur, fieri rogauit.

(C) Hugo iudex domni imperatoris interfui et subscripsi. (C) Ildebrandus interfui et subscripsi.

Signa ✝ ✝ ✝ ✝ manuum Iohannis,[c] qui Bonico uoc(atus), filius Florenti, qui fuit clericus, et Iohannis filius Cantari et Teuti filius 25 Adriani et Petroni, qui Paganus uoc(atus), filius Do|michi[d] rogatorum testium.

(C) Albertus not(arius) scriptor post tradita compleui.

(a) *La prima* a *corretta da* e *su* i *e la seconda* i *aggiunta dopo.* (b) *La* v *corretta su* o (c) *La* s *finale corretta* (d) *Così A*

70.

Carta di ordinazione.

1070 marzo 23, Firenze.

Ugo diacono, figlio di Minuta, custode della chiesa di S. Martino in Firenze, ordina rettori di detta chiesa i suoi parenti Uberto diacono, Giovanni accolito e Ragembaldo chierico, se si farà monaco della Badia.

Originale [A].

Cf. Uccelli, *Della badia Fior.*, p. 19. Davidsohn, *Forschungen*, I, 38, 39. Cocchi, *Le chiese di Fir.*, I, 121.

Per il formulario si vedano le carte anteriori di ordinazione, nn. 7, 24, 38, 39, segnatamente n. 24. Cf. pure le carte 69, 71. È usato il computo fiorentino.

(C) In (no)m(ine) Domini Dei ęterni. Anno ab incarnatione eius sexagesimo nono post mille, decimo kalendarum aprelis, ind(icti)one octaua; feliciter. Et ideo in Dei omnipotentis nomine ego Ugo dia-c(onus) filius Minutę manifestus sum, quia b(one) m(emorie) | domnus
5 Iohannes archidiac(onus), qui fuit barbano de auio meo, a fundamentum edificauit ecclesia pro amore Domini nostri Iesu Christi in onore beati Martini confessoris seo Cristofori et Cosme et Dammiani gloriosissimi martiris, et aliorum multorum | reliquiis introducęre fecit per donum piis redemtoris, et, inspirante sibi Spiritus Sancti
10 gratię, tractauit et cogitauit in corde suo qualiter de predicta ecclesia et omnibus rebus et substantias illas, quas ipse b(one) m(emorie) Iohannes archidiac(onus) dotauit et | confirmauit in ipsa ecclesia, ut ab eo inordinata non remanssisset; et ibidem ordinauit et per suam cartulam ordinationis confirmauit Teudilascium clericum germanum
15 suum et Hiudum[(a)] clericum nepotem suum, ut per eorum ordinatio uel | dispositio iam dicta ecclesia abuisset incensum et luminaria, missa[(b)] et orationem diurno atque nocturno, et eis licentiam tribuit, ut quis de eis unum super alium uixerit, de ipsa ecclesia et omnibus rebus ibidem pertinentibus or|dinare de parentibus suis quale
20 eis melius preuiderit, ut hoc misterium adimplere possat et ipsa ecclesia per eum ordinatam permanead. Et ipse Hiudo archidiaconus

(a) *Qui ed in seguito* h'- *cioè* h *con accento.* (b) *Sopra la* a *un segno di abbr. espunto.*

et custos de ipsa ecclesia et ordinatus de ipsa ecclesia Sancti Martini | per suam cartulam ordinationis de predicta ecclesia et omnibus rebus ibidem pertinentes ordinauit Ragimbaldus diac(onus) propinquiore parente suo filio b(one) m(emorie) Richardi, qui Righizo fuit uoc(atus), ut exinde fuisset rector et gubernator et ordinator ipsius | 5 ecclesię, et similiter eis licentiam tribuit, ut in ipsa ecclesia et omnibus rebus ipsis ordinare de parentibus suis qualis eis melius preuiderit, ut hoc misterium adimplere possat et ipsa ecclesia per eum ordinatam permanead. Et ipse Ragimbal|dus diac(onus) et custos de ipsa ecclesia et ordinatus de prefata ecclesia Sancti Martini[(a)] et 10 de omnibus rebus ibidem pertinentes per suam cartulam ordinationis ordinauit Ragimbaldum clericum, ut exinde fuisset rector et gubernator et ordinatus de ipsa | ecclesia. Sic exinde Ragimbaldus clericus, qui postea factus fuit episcopus, in Dei omnipotentis nomine secundum textus de ipse cartule ordinationis per suam cartulam or- 15 dinationis ordinauit et confirmauit me que[(b)] super Ugonem, qui ab illo tempore fuit[(b)] | subdiac(onus), et Berardum clericum propinquiores parentes suos filii Minutę, qui Berardus postea suam ordinationem eidem reliquit Ugoni. Et ego que[(b)] super Ugo diac(onus) in Dei omnipotentis nomine secundum textus de ipse cartule ordinationis | 20 per hanc cartulam ordinationis ordino et confirmo uos Ubertum diaconem filius Liuze pronepos prefati Hiudoni archidiaconi et Iohannem accolitum filius b(one) m(emorie) Petroni et Ragimbaldus clericus consanguineo meo, si se[(b)] mona|chum in monasterio Beatissime Sancte Marię sito in ciuitate Florentia feceris,[(c)] propinquioribus[(d)] 25 meis parentibus de suprascripta ecclesia Sancti Martini et de casis et terris et uineis et omnibus rebus illis quę[(e)] ad ipsa ecclesia sunt pertinentes | uel in antea pertinere debentur. Et est fundata ipsa ecclesia infra ciuitate Florentia. Et ego q(ui) s(upra) Ugo diac(onus) uolo, ut per uestram q(ui) s(upra) Ubertus diac(onus) et Iohannes 30 accolitus[(f)] et Ragimbaldus clericus, si feceris te monachum in pre|dicto monasterio, ordinationem et dispositionem de omni illo beneficio, quem domnus Iohannes archidiaconus constituit, adimpletum fiat, et[(g)] in ipsa ecclesia per uos aut per uestrum sacerdotem offi-

(a) -ni *corretto da* m (b) *Così* A (c) *La* s *corretta su* t (d) -ri- *nell'interlineo.*
(e) *La* e *corretta su* i (f) ac- *su rasura.* (g) et *nell'interlineo.*

ciale opus, missa et orationem, incen|sum et luminaria facere debeatis pro me peccatore q(ui) s(upra) Ugo diac(onus) et pro omnibus iam dictis parentibus meis Deum rogent ut habeamus uitam ęternam. Et neque uos ipsis Ubertus diac(onus) et Iohannes accolitus et
5 Ragimbaldus clericus neque illis | qui de ipsa ecclesia in antea ordinati fuerint, non habeant potestatem de omnibus rebus de predicta ecclesia uindendi nec donandi neque commutuandi, nisi tantum in uita uestra de predicta ecclesia et omnibus rebus habendum et tenendum et | ipsum beneficium adimplendum sicut supradictum est,
10 et licentiam et potestatem habeatis unum de parentibus nostris sacerdotem aut clericum Deum timentem ordinare de predicta ecclesia et de suis pertinentiis, ut habeant et teneant et regant | et benigno amore ipsum ordinem complead, et deinde unum post alterum, usque dum, Dominum donante, de nostra progenię inuentum fuerit sacerdos
15 aut clericus qui in prephata ecclesia ministrare desiderat et meum decretum inuiolabile | obseruet, ipse sit ibi ordinatus(a) unum post alterum usque in finem seculi, et quicumque a uobis suprascriptis Ubertum diaconem et Iohannem accolitum et Ragimbaldum clericum, si te feceris monachum, in predicto monasterio in ipsa ecclesia
20 ordinatus | fuerit, secundum textus eiusdem cartule ordinationis de propinquioribus parentibus nostris firmiter permanead. Et si, quod absit, Dei iudicio(b) euenerit, ut a uobis predicta ecclesia inordinata remanserit, deueniad et(c) sit in potestatem | de unum de parentibus uestris sacerdos aut clericus, secundum textus eiusdem cartule, ut
25 hoc opus adimpleat; nam si pro peccatis(d) nostris gens nostra defecerit, ut non sit ex eis inuentum talem sacerdotem aut clericum qui hoc ordine opseruet,| tunc illis propinquioribus parentibus nostris, qui in illo tempore fuerint, inueniant et ordinent ibi unum extraneum, ut omnia nostra decreta cum timore Dei diligenter ob-
30 seruet, et numquam habeat(e) potestatem ille sacerdos neque aliis | parentibus nostris, qui in antea fuerint,(f) tam de paterna quam et de materna, de rebus de predicta ecclesia(g) neque uendendi aut commutuandi, nisi ad saluitatem de ipsa ecclesia, nec obligationem nul-

---

(a) *La* i *corretta su altra lettera.* (b) *L'ultima* i *corretta su* c *non compiuta.* (c) et *nell'interlineo.* (d) pecca- *su rasura.* (e) *La* t *corretta da* d (f) *La* n *nell'interlineo.* (g) *La* e *corretta da* t

lam faciendi, nisi tantum sacerdotes in ea | uidelicet ratione ibidem ordinandum ut supradictum est. Et si quis de parentibus meis in aliquo de ipsa ecclesia seu de casis et omnibus rebus illis, sicut ab ordine supra legitur, ad usum seculi mittere uoluerit, aut si eas ad suum opus tenere | uoluerit, uel ad extraneam personam dederit per quem ipsa ecclesia et predicta res pegiorate sint, et officium ipse sacerdos, qui ibidem ordinatum fuerit, peragere non possit, tunc illis parentibus meis cum filiis et nepotibus et omni suę | progenię usque in finem seculi de omni re et substantias illas de prephata ecclesia tam de mobilem quam et immobilem, quantum ualet granum sinapis et gutta aquę, sit[a] uacuus et inanis permaneat[b] cum illis qui de suo semine orti fuerint | usque dum redemtor noster[c] apparuerit iudicandum uiuos et mortuos et reddere unicuique secundum opera sua. Hęc omnia, quomodo aut qualiter superius legitur, mea decreuit uel confirmauit uoluntas, post meum decessum | in eo ordine, ita ut supra legitur, firmum et stabilem permaneat semper, reseruatoque michi potestatem de mobilem in antea iudicandum uel dispensandum et faciendum exinde qualiter michi placuerit; et quod exinde | in antea fecero uel iudicauero, stabilem permaneat semper, et propter ipsum onorem diaconati mei nec michi liceat ullo tempore nolle quod uolui, sset quod a me semel factum uel conscriptum, sub iusiurandum omnia | inuiolabiliter conseruare et adimplere promitto con stipulatione subnixa. Actum Florentia; feliciter.

(C) Ego Ugo diaconus in hac cartula ordinationis a me facta manu mea subscripsi.

(C) Hugo iudex domni imperatoris interfui et subscripsi. (C) Ildebrandus interfui et subscripsi. † Ego Petrus, qui Paganus,[d] ibi fui, subscripsi.

Signa † † † manuum Iohanni, qui Bonico uoc(atus), filius b(one) m(emorie) Florenti, qui fuit clericus, et Teuzo filio Adriani lege uiuentibus Romana et Iohanni filio Cantari rogati testes.

(C) Albertus not(arius) scriptor post tradita compleui.

(a) *Corretto da* it (b) *La* t *corretta da* d (c) nr̄t (d) *La* u *corretta su altra lettera principiata, forse* o

71.

Carta di ordinazione.

1070 maggio, Firenze.

Ildebrando notaio figlio del fu Giovanni, Pietro figlio del fu Lamberto prete e Guglielmo figlio del fu Gerardo, parenti degli antichi costruttori e ordinatori della chiesa di S. Martino in Firenze, deliberano di ordinare a rettori e custodi di detta chiesa i loro parenti Uberto diacono, Giovanni accolito e Ragembaldo chierico.

Originale.

Cf. Uccelli, *Della badia Fior.*, pp. 19, 89, 90. Cocchi, *Le chiese di Fir.*, I, 121. Cf. le precedenti carte nn. 69, 70.

(C) In (no)m(ine) domini nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione [a] eius septuagesimo post mille, mense magias, ind(icti)one octaua; feliciter. Oportet nobis semper illud cogitare unde hic | et in [b] futuro seculo aput omnipotentem Dominum locum refrigerii [c]
5 meréamur inuenire. Et ideo in Dei omnipotentis nomine [d] nos [e] quidem Ildebrandus not(arius) filius b(one) m(emorie) Iohannis et Petrus filius b(one m(emorie) | Lamberti presbiteri te Guillielmus filius b(one) m(emorie) Gerardi, qualiter ecclesia Sancti Martini, quę est in ciuitate Florentia non logne a monasterio Beatissimę
10 Sanctę Marię, iam per aliquot | annos ab antecessoribus propinquis nostris constructa uel ordinata fuerit, uel qualiter nos a modo Deo propitio eandem ecclesiam ordinare decernimus, omnibus fidelibus notum fieri | uolumus, qui secundum primum decretum ex eadem progenię svperstitum [f] propinquorum propinquiores esse
15 uidemur, vt autem ad curam et régimen in alios de parentibus nostris uenire de|beat, qui secundum decretum nostrorum parentum ecclesiam illam régere et custodire in Dei seruitio ualeant, quos digniores in sancta religione inuenire potuimus ordinare de|creuimus, scilicet Ubertum diaconem et Iohannem acolitum et Ragimbaldum
20 clericum, utrique a pueritia monastice religioni traditos, qui sicut in

(a) incartione (b) in *nell' interlineo.* (c) -er- *su rasura.* (d) in Dei omnipotentis nomi- *su rasura.* (e) nos *nell' interlineo.* (f) sv- *corretto su* m (progeniem)

Dei onore pro animabus nostrorum pa|rentum supradicta ecclesia constat esse constructa, ita eam ut melius possint obseruare studeant. Hoc est ut presbiterum uel custodem ecclesię ipsius Sancti Mar|tini uel alios clericos inibi in Dei seruitio manentes ex precepto abbatis sui sancta prouisione, allocutione, exortatione hac etiam, 5
si necesse fuerit, districtione, prout | illis in Deo permittitur, debeant custodire eisque stipendia et necessaria temporalia de rebus eiusdem ecclesię debeant amministrare, et peruigili cura omnia que | ibi pertinent debeant custodire. Qualiter autem uel a quo ecclesia supradicta a primordio sui constructa fuerit, oportet audiri. Prefata uero 10
ecclesia Sancti | Martini, sicut in antiquis habetur monimentis, a Iohanne archidiacono prius fundata, qui statuit qualiter conseruata et in Dei seruitio debeat manerê tractata, | qualiter etiam in ea custodes per subcessiones temporum debeant ordinari, et quomodo de extraneis, si de nostris propinquis religiosus clericus unus aut duo 15
inuenti fuerint, | nullus accedat. Si autem talis de nostris inuentus non fuerit, tunc unde melior [(a)] possit haberi de extraneis ordinetur, quia et hoc a supradicto Iohanne archi|diacono, ut in decreto eius habetur, sancitum est. Nos autem Ildebrandus not(arius) et Petrus et Guillielmus ad honorem [(b)] Dei et sancti Martini confessoris omnia 20
quod superius dic|ta sunt firma et inconuulsa permanere cupientes, hordinamus supradictos nostros propinquos monachos, qui omni [(c)] tempore studeant ea que ad Deum [(d)] pertinent in eadem | ecclesia per idoneos clericos [(e)] obseruare et pro animabus nostris et edificatorum omniumque parentum nostrorum psalmos et sacrificia fide- 25
liter agere, quin etiam in festiuitate eiusdem sancti | Martini .L. pauperes cibo [(f)] ac potu optimo et pulmento bene condito reficere. Uerum ne quis exstimet nos contra decretum Iohannis archidiaconi primi edi|ficatoris extraneos ordinasse, Ubertus diaconus et Iohannes acolitus et Ragimbaldus clericus, qui [(g)] omnes, ut iam diximus, a 30
pueritia monachi esse uidentur et nobis, ut | iam prelibauimus, propinquiores esse cernuntur. Cauere autem omnimodis iudicamus, ut, sicut idem Iohannes archidiaconus abstulit potestatem alicui ordi-

---

(a) -or *corretto da* us (b) *La* h *nell'interlineo.* (c) *La* o *corretta su* a (d) ad *aggiunto dopo colla* d *su* a *e* deum *corretta da* deo *(prima si aveva* a deo*)* (e) *La* r *corretta su* c (f) *La* b *corretta da* p (g) *La* i *su* o *e segue* s *espunta.*

natori illius | ecclesię, ita et nos statuimus, ut terram ipsius ecclesię nullus eorum possit uendere, donare, comutuare, refutare aut ad[a] suum proprium opus tenere uel ad ex|traneam personam, ut peiorata aut subtracta uideatur, aliquo modo distrahere, sed omnia omni
5 tempore iuri ecclesię firma et inconuulsa permaneant. Insuper | statuimus, ut aliquis ordinatus sacerdotem idoneum eligat, qui sacerdotale[b] officium sanctę Dei ecclesię fideliter explcat, quatinus fructum boni operis tam | illi qui prius ordinati sunt a Iohanne priori constructore quam et alii post eos usque ad nos et qui post nos
10 futuri sunt in eterna beatitudine | a Domino recipere mereantur. Hęc autem omnia, sicut superius leguntur et nostra decreuit uel confirmauit uoluntas, ita in eo ordine | omni tempore stabile permaneant semper con stipulatione subnixa. Actum Florentia; feliciter.

(C) Ego Ildebrando not(arius) a me facta ss. ✝ Ego Petrus a
15 me facta subscripsi. Signum ✝ manus predicti Guillielmi, qui | hanc cartulam ordinationis, sicut super legitur, fieri rogauit. ✝ Ego Petrus rogatus testi subscripsi. ✝ Ego Iohannes rogatus testi subscripsi.
Signa ✝ ✝ manuum Bonefatii filio Cinci et Guidi, qui uoc(atus) Bunto, filio Rodulfi rogati testes.

20 (C) Albertus not(arius) scriptor post tradito compleui.

72.

Carta di ordinazione.

Circa 1070.

L'abate Pietro di S. Maria in Firenze riordina la chiesa di S. Martino a Mensola, le conferma i possessi e regola l'elezione della badessa.

Originale [A].

Edd. Puccinelli, *Cronica*, p. 289, n. lxxix, da copia di A eseguita dall'abate C. Gaetani = Lami, *Monumenta*, II, 971. Cf. Repetti, *Dizionario*, III, 192. Uccelli, *Della badia Fior.*, p. 112. Davidsohn, *Forschungen*, I, 149.

La pergamena è stata tagliata subito sotto l'ultima sottoscrizione, sicchè è probabile che siano state asportate altre sottoscrizioni o per lo meno quella dello scrittore.

(a) ad *nell' interlineo.* (b) *Sopra la* e *finale è stato espunto un segno di abbr.*

La scrittura ha caratteri molto affini a quella della mano che eseguì le carte nn. 63-65, 73; uguale modo di preparare la pergamena; chrismon identico a quello della carta n. 63: questi caratteri mostrano una stessa scuola, e forse lo scrittore era monaco di Badia. La croce che precede la sottoscrizione dell'abate «Petrus» pare autografa, mentre le parole della formula, come le sottoscrizioni di «Benno», di «frater Albertus» e di «frater Martinus» sono dello scrittore del testo; le altre sottoscrizioni possono essere autografe, ed ha tutto l'aspetto di essere tale quella di «frater Petrus» (p. 188, r. 21). Il Puccinelli assegna alla carta la data 1030; il Lami vorrebbe farla risalire al 1024; il Davidsohn la pone intorno al 1090; ma il documento seguente, che ricorda la chiesa di S. Martino a Mensola come confermata da Alessandro II al monastero di Badia, ci dà, pare (poichè è naturale supporre che la conferma non sia anteriore alla riordinazione della chiesa), il termine ad quem. Il cantore Teodaldo e l'arciprete Rozo ricorrono nei documenti appunto intorno agli anni 1065-1095 (cf. DAVIDSOHN, *Gesch. von Flor.*, I, 822, note 4, 6 [I, par. 2ª, 1276, note 2, 3]).

(C) ✠ In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. ✠ Si aecclesiis Dei locisque Deo dicatis benefaciendo profuerimus, diuine remunerationis fructum nos | inde procul dubio credimus habituros. Ergo ut ęternę uitę gaudiis muneremur, nos metipsos non tepidos aút pigros sed fortes et perseuerantes in hoc, Domino auxiliante, omnimodis pre|paremus. Dicit enim scriptura: Non qui ceperit, sed qui perseuerauerit[(a)] hic saluus erit.[(1)] Igitur omnipotentis Dei inspirationę promotus et diuina auctoritatę commonitus, ego quidem[(b)] P.[(2)] Florentini | monasterii abbas pro salute animarum HVGONIS INCLITI marchionis et GVILLĘ eius dilectissimę genitricis et nostrę atque per interuentum domni R.[(3)] archipresbiteri et THEVDALDI excellentissimi | Sancte Florentinę aecclesię cantoris nec non et G. medici nostri dilectissimi amici reordinamus aecclesiam SANCTI MARTINI in loco Melsula sitam, a ppriori[(c)] institutione penitus destitutam et in | saecularem usum prorsus redactam, in eundem quo prius fuerat statum, diuina opitulatione reformantes. Fuit enim prefata aecclesia ad usum sanctimonialium bene ordinata multisque prediis ampliata, | sed per plura iam tempora, peccatis

(a) -ue- *su rasura.* (b) quidem *con segno di abbr. sopra la* e (c) *Così A*

(1) MATTH., X, 22.
(2) Petrus.
(3) Rozo.

excrescentibus nec non sacerdotum neglegentia, qui eiusdem aecclesię rectores fuerunt, a priori ordinatione et omnimodo deprauata [a] atque, ut diximus, ad secularem usum | redacta. Hanc igitur aecclesiam, Domino opitulante, in melius reformantes, cum omnibus bonis
5 suis ad usum sanctimonialium inibi in perpetuum Deo seruientium concedimus atque damus. Concedimus | etiam et confirmamus atque restituimus omnia quę a nostris prioribus prelibatę aecclesiae concessa fuerunt uel a nobis concessa fuerint ad usum sanctimonialium, ibidem regulariter secundum regulam | sanctissimi BENEDICTI Deo
10 seruientium, in psalmis et hymnis et orationibus et missis, incensis et luminaribus et in omnibus aecclesiasticis cultibus qui ab ipsis debent fieri, quatinus ibi Deo sic seruiant, | ut sint honori omni Christianę religioni et nobis proficiat et omnibus ad quorum salutem ipse locus uenerabilis a nobis nunc, Domino fauente, reconciliatur
15 in melius. Decernimus preterea atque statuimus, | ut omni tempore quo necesse fuerit [b] ibi abbatissa ordinari, secundum sacram institutionem et beatissimi Benedicti normam de sororibus que ibi digne inuente fuerint, post huius nostrę dilectissime | WALDRADE decessum, quam prenominatę aecclesiae nunc ordinantes preponimus, a nobis
20 uel a successoribus nostris cum earundem electione ordinetur. Si uero talis ibi inuenta non fuerit, | de uicinis cenobiis cum earundem electionem [c] nec non nostra nostrorumque successorum concessione digna ad hoc inuenta eligatur nostraque inuestitura corroboretur; ita tamen ut nulla monacha | electa siue eligenda inuestitura [c] siue
25 dominium de eodem monasterio Sancti Martini ab aliqua persona seculari siue aecclesiastica contra nos uel successores nostros aliquo modo accipere presumat; quod si | fecerit, sciat hanc ordinationem et nostram concessionem ad se nichil pertinerę, sed omnia quę concedimus ad nostram potestatem redire. Hanc igitur nostrę ordina-
30 tionis et nouę restitutionis paginam | confirmamus et roboramus in perpetuum et nostrae manus nostrorumque fratrum subscriptionę et consensu, ut uigeat et ualeat, et robur in sempiternum teneat aduersus aemulantium contrario|riumque [c] omnium peruersa machinamenta. Preterea decernimus atque statuimus, ut si nos uel ali-

(a) *La* p *nell' interlineo.* (b) *La* t *corretta su* n (c) *Così A*

quis successorum nostrorum seu quacumque[a] persona occasione aliqua tollere uel minuere aliquid presump|serit, ex his quę prefato uenerabili loco per hanc nostrę ordinationis et confirmationis seu etiam nostrae restitutionis cartulam concedimus, poenam sentiat cum Iuda proditore, et sit implicitus anathe|matę Maranatha omnibusque maledictionibus quę in Ueteri Testamento leguntur uel Nouo, si emendare noluerit; quin etiam corporali nos poena dampnantes, si quis, quod absit, huius nostrae ordinati|onis uel donationis ac nouę restitutionis temerarius uiolator extiterit, pęnam centum librarum optimi argenti se compositurum agnoscat, medietatem earum regiae potestatis,[a] quę pro tempore | fuerit, et medietatem prefatę aecclesiae Sancti Martini.

† Ego Petrus abbas hanc ordinationem a me factam laudaui et manu propria confirmaui.

Ego frater Benno interuentor huius sanctę ordinationis et fidus cooperator existens laudaui et uoluntarię subscripsi.

† Ego frater Bernardus in hac sanctę ordinationis pagina libenter subscripsi.

Ego frater Benedictus in ac sancte ordinationis pagina libenter subscripsi.

† Ego frater Petrus interfui, laudaui et subscripsi.

Ego frater Albertus interfui, laudaui et subscripsi.

Ego frater Martinus consensi et subscripsi.

Ego frater Petrus[b] in hac sancte ordinationis pagina libenter subscripsi.

† Ego frater Reinbaldus in hac sancte ordinationis pagina libenter subscripsi.

Ego frater Iohannes interfui, laudaui et subscripsi.

Ego frater Iohannes consensi et subscripsi.

Ego frater Uitalis consensi et subscripsi.

Ego frater Walbertus interfui, laudaui et subscripsi.

Ego frater Morandus interfui, laudaui et subscripsi.

Ego frater Bonefacius consensi et subscripsi.

Ego frater Wido consensi et subscripsi.

(a) *Così A* (b) *Segue rasura di due o tre lettere.*

73.

Bolla di Alessandro II.

1070 ottobre 7, Lucca.

Alessandro II papa prende sotto la protezione della Sede Apostolica il monastero di S. Maria in Firenze e gli conferma possessi e diritti.

Originale [A]. Copia del secolo xv nel Liber privilegiorum, p. 27.

